quatuor patriarchis nominaretur; altera, ut integrum esset cuilibet, ad eundem ut summum iudicem provocare; postrema, ut papae in omnibus rebus concederetur principatus. haec quae novabantur, quum initio celata essent, sacrum clericorum collegium non quiete ferebat, sed concitabat plebem, ita ut graves inde orirentur tumultus et fluctus rerum omnium excitarentur vehementissimi. imperator prudenti consilio, non studio novandi, duci se aiebat, atque eorum, quos non sedaret, multos flagellavit vel mutilavit vel eiecit. ceterum haec omnia frustra laboravit, nec quidquam effecit aut praecavit. etenim quum Carolus et Balduinus magno cum exercitu contra imperium Romanum profecti bellum commovissent, invicta nostrorum virtute consilia copiaeque Latinorum re infecta et cum damno atque ignominia repulsa sunt, et comprobatum est divinum Davidis dictum: "exsecrandus est, quicunque confidit homini." etiam mari Romana classis classem Caroli dissipavit; atque mox cum navibus egressus imperator Aegaei maris insulas levi oppugnatione recuperavit, Rhodum, Coum, Chium, Lemnum, et quotquot alias Latini occuparant. Arse-

καταλιπὼν χειροτονεῖται Γερμανὸς ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἀδριανουπόλεως. εἶτα δὲ πάλιν ὁ Γερμανὸς ἀκούων ὑβριζόμενος ὡς παρανόμως τὸν θρόνον ἔχων τοῦ Ἀρσενίου ἔτι ζῶντος, παρεχώρει τοῖς βουλομένοις τὸν θρόνον· καὶ χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ Ἰωσήφ, πατριαρχεύσας ἔτη δύο, εἶτα ὁ Βέκκος ὁ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦδε τοῦ αὐτοκράτορος διὰ τοὺς πολέμους τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ παρὰ τῶν Ἰταλῶν ἀρχὴ τῶν δεινῶν τῆς ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐγεγόνει παρὰ τῶν Τούρκων· ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ γὰρ πόλεμον ἔχων μετὰ τῶν Τούρκων, τὰ τῶν Ῥωμαίων εἰς ἄκρον ἐσφάλησαν καὶ εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, καὶ ἐν τῷ φεύγειν πολλοὺς οἱ Τοῦρκοι ἀπέκτεινον καὶ ᾐχμαλώτιζον· αὐτοὶ δὲ πάντοτε ἔφευγον παρὰ τὸν ποταμὸν ἀμεταστρεπτί. καὶ ὅσην αἰχμάλωτον ἔσχον γῆν οἱ σατράπαι αὐτῶν, αὐτὴν διελόμενοι ἐδῄωσαν πᾶσαν ἀπὸ θαλάσσης τῆς περὶ τὸν Πόντον καὶ Γαλατίαν ἕως θαλάσσης τῆς περὶ Λυκίαν καὶ Καρίαν καὶ τὸν ποταμὸν Εὐρυμέδοντα. καὶ οὗτος ὁ πόλεμος ἀρχὴ ἦν καὶ αἰτία καὶ ἀφορμὴ τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας καταστροφῆς. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπηγορευκὼς πολιχνίοις συχνοῖς τὸν ποταμὸν Σαγγάριον ὠχύρωσεν, ἵνα μὴ ἀποβάντες κυριεύσωσι καὶ τῆς Βιθυνίας.

3. ὡς om M τοῦ] καὶ τοῦ M 4. τοῖς καταλιπὼν P. 5. ιγ' M τῆς ἐκκλησίας μέγας P 11. εἰς prius om M 12. οἱ Τοῦρκοι om M 14. ἀμετάτρεπτοι P εἶχον P 15. αὐτῶν om P διελωμένην M διέζωσαν P 17. τὸν ποτ. τὸν εὐρ. M 21. ἐπιβάντες Alterus

nius quum se abdicasset patriarchatu, excipitur a Germano, archiepiscopo Adrianopolis, qui rursum ipse, quum male audiret ut iniuria, vivo Arsenio, ea ornatus dignitate, solium cupientibus concessit. subrogatur huic Iosephus, qui patriarchatui annos duos praefuit; dein Beccus, magnae ecclesiae chartophylax.

Comneno regnante, e bellis in Europa contra Latinos gerendis magnae illae calamitates ortae sunt, quas Romano in Asia imperio Turcae inflixerunt. nam in Paphlagonia Romani cum Turcis bellantes graviter afflicti inque fugam conversi sunt, quorum in fluminis ripa trepidantium magnam partem Turcae aut occiderunt aut ceperunt. deinde eorum satrapae quotquot occuparant regiones, eas omnes inter se distributas populabantur, a Ponto et Galatia ad mare usque Lycium et Carium et Eurymedontem fluvium. atque hoc quidem bellum evertendi imperii Romani initium, causa et occasio fuit. ceterum imperator, fessus tantis malis, ripas Sangarii fluminis frequentibus oppidis communivit, ne in ipsam quoque Bithyniam Turcae descenderent.

Ἐγέννησε δὲ υἱοὺς δύο, Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα καὶ Κωνσταντῖνον τὸν πορφυρογέννητον, καὶ θυγατέρας τρεῖς, Εἰρήνην Εὐδοκίαν καὶ Ἄνναν. καὶ ἐν τῷ Θετταλικῷ πολέμῳ ἐρχόμενος καὶ ἔν τινι χωρίῳ εὑρισκόμενος λεγομένῳ Παχωμίου καὶ Ἀλλαγῆς, νόσος ἐνσκήπτει δεινὴ περὶ τὴν καρδίαν, θάνατον σύντομον ἀπαγγέλλουσα· καὶ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ διὰ ἡμερῶν δύο τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν ἐπὶ ἔτους ςψϟα΄, ἰνδικτιῶνος ιδ΄, ἐτῶν ὑπάρχων ἑξήκοντα καὶ ὀκτώ, ἐξ ὧν ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ καὶ βασιλεὺς κύριος Ἀνδρόνικος τηνικαῦτα παρὼν τῆς νενομισμένης τοῖς βασιλεῦσι ταφῆς τὸν πατέρα οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁποία δημόταις ἢ ἀπόροις ἐφεῖται· μόνον δὲ κελεύσας νυκτός τινας ὀλίγους ἄνδρας πόρρω τοῦ στρατοπέδου τὸ πτῶμα ἀπαγαγεῖν, πλείστην ἐπεσώρευσαν γῆν, ἵνα μὴ θηρίων στόμασι τὸ βασιλικὸν σῶμα διαμερισθῇ. τὸ δὲ αἴτιον ἡ τοῦ ὀρθοῦ τῆς ἐκκλησίας δόγματος παρατροπή, ᾗ ζῶν μὲν ἐκεῖνος, ὡς εἰρήκαμεν, ἐχρήσατο.

4. Ἐπειδὴ λοιπὸν πρὸς τὸν υἱὸν Ἀνδρόνικον ἡ τοῦ κράτους καὶ τῶν βασιλικῶν σκήπτρων μετέβη διαδοχή, εἰς ταραχὴν οὐκ ὀλίγην ἦλθον τὰ πράγματα· ἵνα δὲ μὴ νεωτερι-

2. *τρεῖς — Ἄνναν* om P 8. *πεντήκοντα* sec P 9. *αὐτοῦ* om M *κύριος* om P, usitatius *κύρ.* 11. *ὁποίας* P, omisso *ἐφεῖται* 13. *ἀγαγεῖν* P 14. *ἐπισωρεῦσαι* P 18. 4.] *Βασιλεία ἀνδρονίκου παλαιολόγου τοῦ πρώτου. κεφάλαιον τέταρτον* P 20. *ἵνα μήτε νεωτέρισις γένηται ἤτοι ἀπόστασις ἢ ἀφηνιασμός, αὐτὸς δὲ σ.* M

Procreavit filios duos, Andronicum imperatorem et Constantinum Porphyrogenitum, filias tres, Irenen, Eudociam et Annam. quum ad bellum Thessalicum proficiscens in locum quendam Pachomium et Allagen appellatum venisset, gravi quodam morbo cordis correptus, qui citissimam praesagiebat mortem, ibidem biduo post animam efflavit, anno ab orbe condito 6791, indictione XIV, aetatis anno octavo et sexagesimo, imperii quinto et tricesimo. filius eius Andronicus imperator, qui tum praesens aderat, sepultura imperatoribus legitima patrem non honestavit, imo ne ea quidem, quae plebeiis et inopibus concedi solet, sed paucis quibusdam hominibus mandavit, ut noctu cadaver procul a castris elatum multa terra obruerent, ne augustale corpus a bestiis dilaniaretur. cuius rei causa fuit, quod Michael, dum vivebat, ut supra a nobis expositum est, a vera ecclesiae doctrina desciverat.

4. Posteaquam deinceps ad Andronicum, filium eius, imperium et regia potestas transiit, tumultus haud leves exorti sunt. at ille, ne quid novandis rebus detrimenti afferret, ut vir intelligens futuri-

σμοῖς γένηται ἀφανισμός, αὐτὸς συνετὸς ὢν καὶ προθεωρῶν τὰ ἐρχόμενα ἤτοι μέλλοντα πάντα σάλον καὶ σκάνδαλον φρονίμως ἐκυβέρνησε, καὶ τὰ ὅσα ἀρεστὰ τοῖς ὑπηκόοις ἐποίησε. καὶ πρῶτον μὲν τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν καὶ διόρθωσιν ἐπρομηθεύσατο καὶ ἐποίησε· ζῶντος γὰρ τοῦ πατρός, ὡς ἔφημεν, ἔκρυβε· καὶ θεσπίσματα βασιλικὰ καὶ διδάγματα 7
διεπέμποντο τὴν τῆς ἐκκλησίας διόρθωσιν εὐαγγελιζόμενα καὶ ἅμα τοὺς διὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ζῆλον ὑπερορίους κατάγοντα. καὶ τὸν πατριάρχην Βέκκον εὐθὺς ἐκ τοῦ θρόνου καταβιβάσαντες ὡς τὰ Λατίνων φρονοῦντα, διαδέχεται δὲ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον μοναχός τις Ἀθανάσιος τοὔνομα, παιδιόθεν τοῖς ἀσκητικοῖς γεγυμνασμένος πόνοις, διατρίβων δὲ ἐν τοῖς τοῦ Γάνου ὄρεσιν, ὁρμώμενος ἐκ Πελοποννήσου ἐκ χώρας λεγομένης Ἀνδρούσης· καὶ διὰ τοῦτο μὲν προστάξει βασιλικῇ καὶ ψήφῳ συνοδικῇ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα Ἀνδροῦσαν ἐπισκοπὴν ἐτίμησε, καὶ τῇ μετροπόλει Μονεμβασίας ὑποτάσσεσθαι. μετὰ δὲ τὴν καθαίρεσιν καὶ ἐξορίαν τοῦ πατριάρχου Βέκκου τοὺς ἑτέρους ἀρχιερεῖς τοὺς συγκοινωνοὺς τῇ γνώμῃ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου μετ' αἰσχύνης πάντας τῆς ἀρχιερωσύνης ἐγύμνωσεν. καὶ ἕτερα σκάνδαλα ἄξια θρήνου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γεγόνασι παρὰ τῶν τότε ἀρχιερέων. καὶ τὸ φιλότιμον, ὡς σύνηθες, τοῖς στρατιώταις ἔπειτα μὲν ἄσμενος ἐδωρήσατο· καὶ τὸ ὑπήκοον πᾶν χαρᾶς ἐνεπλή-

2. ἐρχόμενα] γενησόμενα P 3. καί τοι P 6. ἐκρύβη? δόγματα P 10 δὲ om P 11. ὀνόματι ἀθανάσιος P 18. τους] πάντας τοὺς M ἑτέρους om P τοὺς ὄντας συγκ. P 23. ἀσμένως M

que prospiciens, omnes fluctus et offensiones prudenter temperabat atque civium voluntati se praestabat facilem. ac primum quidem, quum patre vivo dissimulasset, ut diximus, consilia sua, corrigendae et componendae ecclesiae operam dedit. atque circummisit decreta edictaque, quibus correctio illa denuntiabatur et revocabantur ii, qui ob eiusdem ecclesiae studium exsulabant. itaque Beccum patriarcham, ut qui sentiret cum Latinis, solio statim depulsum monachus quidam, Athanasius nomine, excepit. is a puero vitam coluerat asceticam in Gani montibus, e Peloponneso oriundus, patria Andrusa, quam ob id ipsum auctoritate imperatoris et suffragio synodi episcopatus dignitate honestavit, Monembasiae metropoli subiectam. exauctorato et eiecto Becco, ecclesiae antistites reliquos Michaelis imperatoris et patriarchae asseclas omnes cum dedecore loco movit. ac praeterea alia lugenda facinora edita sunt ab ecclesiae tum principibus. militum autem in tuenda re publica fervorem Andronicus pro consuetudine libens re-

σθησαν. ἐλθὼν δὲ ἐν τῇ πόλει, καὶ εἰς μνήμην ἐληλυθὼς ὧν ὁ πατὴρ ἔπραξε κατὰ τοῦ νέου Ἰωάννου τοῦ Λασκάρεως, ᾧ καὶ ἡ τῆς βασιλείας μᾶλλον προσῆκε διαδοχή, καὶ τῆς συνειδήσεως κέντρῳ πληττόμενος, καὶ μείζονα τῶν ἀρετῶν τὴν διάκρισιν ἔχων, ἧκε παρὰ τὸν τυφλωθέντα δι' αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρὸς ἔν τινι πολιχνίῳ τῆς Βιθυνίας εὑρισκόμενον, καὶ ἰδὼν αὐτὸν καὶ τὰ ἀνήκοντα παραμυθούμενος καὶ μεγάλῳ σχήματι ταπεινώσεως συγχώρησιν αἰτῶν παρ' αὐτοῦ, οὐκ εἰδὼς ἃ ὁ πατὴρ ἐποίησε· καὶ ἐὰν ἦν δυνατὸν καὶ ἀρεστὸν ὑπάρχῃ, ἵνα τὴν βασιλείαν πάλιν μερίσωσι καὶ πᾶσα ἐξουσία εἰς χεῖρας αὐτοῦ ἔσηται· καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀφθόνως πάντα καὶ πλουσίως παρέσχεν αὐτῷ διὰ τοῦ βίου. ὃ δὴ πεπραχὼς καὶ πράττεσθαι προστεταχὼς ἄσμενος ἀπῄει πρὸς ἕω.

Ἀνεφύησαν δέ τινες διαβολαὶ κατὰ τοῦ πορφυρογεννήτου αὐταδέλφου τοῦ βασιλέως, ὅτι βασιλείας ἔρωτι τρέφεται· καὶ στείλας πιάσας αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς συνομιλοῦντας γνησίως, ἐν οἷς ὁ προύχων ὑπῆρχε τὰ μάλιστα καὶ πλούτῳ καὶ γένους λαμπρότητι καὶ ἐν στρατηγίαις περιβόητος Μιχαὴλ Στρατηγόπουλος ὁ Μελισσηνός, ὃς καὶ ἐν δεσμωτηρίοις καθείργνυται καὶ πολλὰ ὧν ἐκέκτητο ἀγαθῶν ἐδημοσιεύθησαν.

1. ἐλθὼν hoc quoque loco P 5. δι' αὐτὸν om M 12. διὰ τοῦ βίου om P δ δὴ] ὡς P 14. πρὸς ἕω om P, qui ἀπῄει an ἐποίει primitus habuerit non liquet. addiderat autem, quod nunc inductum est, πάντοτε. 21. ἐδημοσίευσε M

muneratus est, civesque omnes implevit laetitia. in urbem reversus ac recordatus, quae in puerum Iohannem Lascarim pater admisisset, praesertim quum illi potius deberetur imperium, angore conscientiae stimulatus, utpote aequi rectique sensu patre praestantior, iuvenem suo commodo excaecatum in oppidulo quodam Bithyniae convenit. allocutus eum, quemadmodum decebat, vultu admodum demisso veniam petit eorum, quae se inscio pater in illum statuisset; cohortaturque, ut, si fieri posset et ipsi acceptum esset, partirentur imperium summaque in illius manus rediret potestas. ad vitam quae erant necessaria, omnia illi, quoad in vivis erat, affatim suppeditabat. haec quum fecisset atque ut fierent, imperasset, hilaris in orientem profectus est.

Intendebantur criminationes quaedam Constantino Porphyrogenito, imperatoris fratri, ut imperii appetenti. missis satellitibus, ipsum comprehendit cunctosque eius familiares, in quibus prae ceteris tum divitiis tum generis claritate et belli peritia eminebat Michael Strategopulus Melissenus, qui et ipse cum reliquis in vincula coniicitur, bonis, quae possidebat, magna ex parte publicatis.

Ἐγέννησε δὲ υἱοὺς ὁ βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ἀνδρόνικος τούσδε, Μιχαὴλ τὸν βασιλέα καὶ Κωνσταντῖνον τὸν δεσπότην ἐκ τῆς Οὔγγρων πρώτης αὐτοῦ συζύγου· ἐκ δὲ τῆς δευτέρας Εἰρήνης τῆς ἀπὸ Λογγοβαρδίας, τῆς ἐπ' ἀδελφῇ θυγατρὸς τοῦ ῥηγὸς Ἰσπανίας, ἀπογόνου δὲ μαρκίωνος Μοντεφερράτου τοῦ κληρωσαμένου τὴν Θεσσαλονίκην, ὡς προέφημεν, ὃς καὶ ῥὴξ Θετταλίας ἐγεγόνει ὅτε οἱ Ἰταλοὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ὀλίγον καιρόν τινα ἐγκρατεῖς ἐγένοντο, ἐγέννησεν οὖν Ἰωάννην Θεόδωρον καὶ Δημήτριον καὶ θυγατέρα ὀνόματι Σιμωνίδα, ἣν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα ὁ δεσπότης Σερβίας. καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης γυναικὶ συζευχθεὶς ἄπαις τέθνηκεν· ἡ δὲ βασιλὶς καὶ δέσποινα Εἰρήνη ἐνήγετο εἰς τοῦτο μάλιστα. ζηλότυπος ἦν ὡς μητρυιά, καὶ περὶ τὸν προγονὸν ἔτρεφεν. ὅθεν οὐ διέλιπε νύκτα τε, καὶ ἡμέραν ἐνοχλοῦσα τὸν βασιλέα καὶ σύζυγον, ἵνα καὶ τοὺς υἱέας αὐτῆς κοινωνοὺς καὶ συμμεριστὰς καταστήσῃ τοῦ κράτους. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀδύνατον εἶναι ἔλεγεν τὴν μοναρχίαν Ῥωμαίων πολυαρχίας ποιῆσαι. πολλὰ δὲ πράξασα καὶ εἰποῦσα καὶ τῶν ἐλπίδων ψευσθεῖσα, θυμῷ ληφθεῖσα καὶ λύπῃ, πλεῖστα χρήματα τῷ ἑαυτῆς υἱῷ Θεοδώρῳ δώσασα εἰς Λογγοβαρδίαν ἀπέστειλεν, καὶ μαρκίωνα

B

3. τῆς] τῆς τῶν M 5. inter Ἰσπανίας et ἀπογόνου versum dimidium vacuum P μαρκεσίου sec P 8. ἐγένοντο καὶ ὑπῆρχον M 12. post Εἰρήνη Alterus: ἐβούλετο κατὰ διαδοχὴν παῖδας καὶ ἀπογόνους αὐτῆς κληροῦσθαι τὴν ἀρχήν. ἐνῆγε δὲ εἰς M: quare Alterus μάλιστα γνώμῃ ζηλότυπος, ἦν ὡς 13. περὶ τῶν προγονῶν P. ante ἔτρεφεν addendum fortasse φθόνον. 15. τοῖς υἱέσσιν M 17. ἔλεγεν ἀδύνατον P, omisso εἶναι πολυαρχίαν M 18. πραξάσης καὶ εἰπούσης M

Procreavit imperator Andronicus filios hosce: Michaelem imperatorem et Constantinum despotam ex Hungarorum regis filia, coniuge priore; ex altera, Irene, e Lombardis oriunda atque filia sororis regis Hispaniae et nepti marchionis Montisferratensis, eiusdem, qui Thessalonicam, ut ante explicavimus, nactus est et Thessalorum rex fuit, quando Latini aliquamdiu Romanorum tenuerunt provincias, ex hac igitur procreavit Iohannem, Theodorum, Demetrium et filiam Simonidem, quam Serviae despota sibi iunxit matrimonio. et Iohannes quidem uxori iunctus, nullis tamen susceptis liberis decessit. ceterum Irene imperatrix studiosissime sua quaedam sequebatur consilia. invidiose, ut noverca, filium natu maximum habuit, nec unquam cessavit imperatorem maritum urgere, ut suos filios imperii consortes et participes faceret. negabat imperator fieri posse, ut monarchia Romanorum ad polyarchiam redigeretur. itaque multa rebus ac verbis experta, tandem, quum spe sua excidisset, ira et dolore abrepta Theodorum filium cum grandi pecunia

τοῦτον τῇ ἑαυτῆς πατρίδι κατέστησε. ἐκεῖσε δὲ γυναικὶ συζευχθεὶς τὸ γένος Σπίνουλα καὶ υἱοὺς καὶ θυγατέρας ἐγέννησεν.

5. Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ εἰρημένου αὐτοκράτορος ἐκ τῆς Ἀσίας τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀνερράγησαν πελάγη. συνασπισμὸν οἱ τῶν Τούρκων σατράπαι ποιήσαντες πάλιν, ἐν οἷς ὑπῆρχεν εἷς τῶν σατράπων καὶ ὁ Ὀτθμάνης, νεωστὶ πάντα τόπον κατέδραμον ἄχρι θαλάττης ἀκτῶν. τῇ νίκῃ ἐκείνῃ θρασυνθέντες, διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου ἐν τῇ Χερρονήσῳ τῆς Θράκης περάσαντες πᾶν κακὸν καὶ δεινὸν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι διέπραξαν, καὶ πολὺν τόπον διήρχοντο λῄζοντες, ὥστε μήτε ἀροτριᾶν μήτε σπείρειν οὔτε τῶν πόλεων ἐξιέναι ἐδύναντο ἐπὶ ἔτος ἓν καὶ μῆνας δέκα. ἔτυχε δὲ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις, ἐμπεσεῖν Λατῖνόν τινα, Καταλάνον τὸ γένος, Ῥογέριον τοὔνομα. ἀθροίσας ἐκ τῆς κάτω Ἰβηρίας στρατόπεδον, καὶ τριήρεις τέτταρας πληρώσας, λῃστρικὸν ἀδεῶς μετῄει βίον, δεινότατος ἐν τούτῳ γενόμενος· οὐ μόνον γὰρ ναυσὶ φορτίοις ἐπετίθετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς δὴ τὰς μεγάλας τῶν νησῶν ἐσκύλευσε, καὶ φοβερὸς ἐν τῇ κάτω θαλάσσῃ ἐδόκει εἶναι. ἔδοξε τοίνυν τούτῳ τῷ ἄρχοντι διαπρεσβευσαμένῳ πρὸς τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον συμμαχῆσαι αὐτῷ κατὰ τῶν Τούρκων· καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν πρεσβείαν δεξάμενος, ἄρας ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἑσπε-

5. ἐν — Ὀτθμάνης post πελάγη M, ἐν οἷς σατράπαις ὑπῆρχε καὶ ὀτμάνης εἷς αὐτῶν post ἀκτῶν (vel, ut Pinderus scribit, αὐτῶν) P: transposuit Alterus. 7. θρασ.] τραπέντες P 8. ἐν] καὶ ἐν P 13. τὸ γένος om M 14. καὶ ἀθροῖσαι P στρατόπεδα P 21. post βασιλεὺς margo P: γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφιδῇ Μαρίᾳ πεποίηκε καὶ

in Longobardos misit et patriae suae constituit marchionem. ibi is e gente Spinularum ducta uxore, utriusque sexus liberos generavit.

5. Imperante eo, quem diximus, Andronico, ingentes calamitatum fluctus in Asia concitati sunt. etenim Turcarum satrapae, in quibus unus erat Othmanes, foedere coniuncti modo omnes tractus ad mare usque pervagari coeperant, ac victoria feroces, per Hellespontum in Chersonesum Thraciae traiecti, omne malorum scelerumque genus ediderunt latrociniisque multas regiones ita vexarunt, ut nec arare, nec serere nec ex oppidis egredi per unum annum et menses decem liceret. accidit eodem tempore, ut Latinus quidam adveniret, natione Catelanus, nomine Rogerius. is, ex inferiore Iberia collectis copiis et triremibus quatuor impletis, libere piraticam faciebat, in qua exercitatissimus erat. etenim non solum naves onerarias aggrediebatur, sed etiam magnas depopulabatur insulas et mare inferum habebat infestum. huic igitur duci visum est, legatione ad imperatorem Andronicum missa, societatem cum eodem contra Turcas

ρίων πρὸς τὸ Βυζάντιον ἔρχεται, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ δισχιλίους ἄνδρας μαχικούς. καὶ ὁ βασιλεὺς τῷ τοῦ μεγάλου δουκὸς ὀφφικίῳ τοῦτον ἐτίμησε. μετ' ὀλίγον δὲ ἥκει καὶ ἕτερος Καταλάνος τοὔνομα Πιριγκέριος Τέντζας, συγγενὴς τοῦ Ῥυγερίου. καὶ ὁ βασιλεὺς μὲν τὴν τῶν χρημάτων δαπάνην τὴν ἀρκοῦσαν περὶ τὰ ἐκείνων ἐνδύματα καὶ δωρεὰς καὶ τὰ ἐπίλοιπα σιτηρέσια εἰς πλησμονὴν δέδωκεν· ὀλίγου δὲ καιροῦ παρελθόντος διέβησαν εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ στρατοῦ τοῦ πολεμεῖν τοὺς ἐχθρούς. καὶ οὐ περὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῖς ἔμελεν, ἀλλὰ τὸ ὑπήκοον πλεῖστα ἐλύπουν. καὶ τί χρὴ λέγειν ὁπόσα εἰργάσαντο κακὰ παριόντες καὶ δεινά; τοῖς Χριστιανοῖς ἄνδρασι τε καὶ γυναιξὶν οὐδὲν ἄμεινον ἢ ὡς ἀνδραπόδοις ἐχρήσαντο· καὶ οὐκ ἠλέουν τινὰ δακρύοντα, ἀλλὰ τοῖς ὑπηκόοις μᾶλλον ἐποίουν κακὰ ὑπὲρ ἀσεβεῖς καὶ ἐχθρούς. καὶ ἦν ἰδεῖν οὐ μόνον τὰς οὐσίας ἁρπάζοντας τῶν ταλαιπώρων Χριστιανῶν, ἀλλὰ θυγατέρας καὶ γυναῖκας ὑβρίζοντας. πρεσβῦται δὲ καὶ ἱερεῖς ἐδεσμεύοντο καὶ ἐμαστιγοῦντο. ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς θυμῷ ἐτήκετο καί τινος μηχανῆς βοηθούσης ἐδέετο. διαβαίνειν πρὸς τὴν Θρᾴκην τὸν Ῥογέριον μετὰ τοῦ στρατοπέδου ἐκέλευσε πρὸς τὸ τῆς Καλλιουπόλεως φρούριον. καὶ τὸ στρατόπεδον ἐκεῖ καταλιπὼν πρὸς τὸν βασιλέα ὁ Ῥογέριος μετὰ τινῶν εἰς προσκύνησιν ἔρχεται. οὗ γενομέ-

3. τετίμηκε P ἧκε P 4. μπικεριοτέτζας M ῥοντζερίου P 5. μὲν] μετὰ P 7. ἔδωσεν M. post δέδωκεν margo P: καὶ τὸν μὲν Ῥοντζέριον Καίσαρα, τὸν δὲ Πιριγκέριον δοῦκα μέγαν τετίμηκε 8. τοῦ ante στρατοῦ P 9. καὶ οὐ om P ἐχθρῶν ὀλίγα αὐτοῖς M 12. οἵῳ ἀνδραποδισμῷ M 15. ἁρπάζειν M 22. post μετὰ P inter versus διακοσίων ἐν Ὀρεστιάδι ὄντα, omisso τινῶν

pacisci. legatis ab Andronico auditis, ipse Rogerius, cum bellicoso exercitu duorum millium ex occidente Cpolim profectus, magni ducis dignitate ab imperatore ornatur. paulo post alius Catelanus supervenit, Pirincerius Teutzas nomine, Rogerii cognatus. in horum vestimenta, donativa et rem frumentariam ubi imperator sumptum fecit liberalissime, brevi tempore interiecto, in Asiam cum exercitu traiiciunt ad debellandos hostes. at de hostibus illi parum solliciti, Romanos gravissime premunt. quid commemorem, quanta, quocunque venerunt, mala ediderint et scelera? Christianos tum viros tum feminas nihilo mitius quam mancipia habuerunt; nullius lacrimas miserati, gravius, quam ipsi hostes et impii, Romanos vexarunt. videres Christianorum infelicium non solum bona direpta, sed etiam filias et uxores vitiatas, senes et sacerdotes vinctos et flagellatos. quae ut rescivit imperator, ira contabuit nec consilium reperit, quo his malis mederetur. in Thraciam ad

νου ὁ βασιλεὺς τοὺς παρεστῶτας ξιφήρεις προστάξας τούτους κατέκοψαν. μαθόντες δὲ οἱ ἕτεροι Λατῖνοι οἱ ἐν τῇ Καλ-
8 λιουπόλει τὰ γενόμενα εἰς ἀποστασίαν ἐτράπησαν καὶ τοὺς ἐκεῖσε Ῥωμαίους κατέσφαξαν, τὰ δὲ τείχη ὀχυρώσαντες κράτιστον ὁρμητήριον εἶχον καὶ μετὰ τῶν Τούρκων ὁμονοήσαντες εἰς φανερὰν λῃστείαν καὶ ἁρπαγὴν ἐξῆλθον. ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ τὰς Θρᾳκικὰς καὶ Μακεδονικὰς δυνάμεις λαβὼν ἦλθε κατ' αὐτῶν, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐζημιωμένος ἐπανέστρεψεν. εἶτα οἱ ἀρχηγοὶ αὐτῶν διαφερόμενοι ἐμερίσθησαν, καὶ τινὲς μὲν πρὸς τὸν βασιλέα ἦλθον, ἕτεροι δὲ μετὰ τῶν Τούρκων ἐστράτευον, ἕτεροι δὲ λῃστεύοντες τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐπορίζοντο, ἕως καὶ εἰς τέλος ἐξουθενήθησαν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ στρατὸν πάλιν συναθροίσας ἔρχεται πρὸς τὴν Χερρόνησον κατὰ τῶν Τούρκων, καὶ τοσοῦτον ἐσφάλη· καὶ αἰφνιδίως τὸν στρατὸν οἱ ἐναντίοι περικυκλώσαντες, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν οἱ Ῥωμαῖοι, καταλιπόντες τὰς σκηνὰς τὰς βασιλικὰς καὶ τὰ βασιλικὰ χρήματα καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ παράσημα. καὶ ἐκ τρίτου ἕτερον στρατὸν ᾠκονόμησεν, ἀλλ' ὁ βασιλεὺς οὐ παραγίνεται, εἰ μὴ καταστήσας

1. περιστάντας M 2. κατακόπτειν M οἱ prius om M 3. καὶ — τείχη] καὶ τὸ φρούριον M 4. κράτιστον] ὡς M 7. post Μακεδονικὰς P inter versus: καὶ τὰς Μασσαγετῶν, post δυνάμεις: καὶ τὰς τῶν Τουρκοπούλων φάλαγγας 12. μεταλῃστεύοντες τοῦ ζῆν M 14. Μιχαὴλ om P συνάξας P ἔρχεται om M 16. ἐναντίοι] Τοῦρκοι P 17. οἱ Ῥωμαῖοι om M 19. καὶ πάλιν ἐκ P

oppidum Calliopolim cum copiis transire iussus Rogerius, relicto illic exercitu, cum paucis ad salutandum imperatorem venit. qua ille usus occasione, satellitibus, qui praesto aderant, statim mandat, ut Rogerium et comites eius obtruncent. quod quum audissent reliqui Latini, qui erant Calliopoli, ad defectionem conversi Romanos trucidarunt; deinde oppido operibus probe communito, utebantur eo ut receptaculo firmissimo, atque, facta cum Turcis conspiratione, in aperta latrocinia ac rapinas erumpebant. Michael, cum Thraciis et Macedonicis copiis contra eos profectus, frustra cum iis decertavit, immo vero cum damno et iactura rediit. mox autem illorum duces discordes facti, partim in partes imperatoris, partim ad Turcas concesserunt: nonnulli etiamtum latrociniis quaesiverunt victum, donec postremo consumpti perierunt.

Imperator Michael, coacto rursus exercitu, in Chersonesum contra Turcas proficiscitur ac gravem cladem accipit. nam repente ab hostibus circumventi Romani, tabernaculo et omnibus opibus et insignibus regiis relictis, in fugam vertuntur. iam tertio exercitum comparat,

ἔξαρχον τῆς στρατιωτικῆς δυνάμεως Φιλῆν τὸν Παλαιολόγον, τὸν τότε τὴν πρωτοστρατορικὴν ἀρχὴν διεζωσμένον, ὃς καὶ στρατεύσας κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς εἰς τέλος ἐνίκησε καὶ πολλοὺς ἐθανάτωσε καὶ ᾐχμαλώτισε. καὶ οἱ ἐναπολειφθέντες ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ὀλίγοι ζῶντες κακῶς ἐκ τῆς Χερρονήσου Θρᾴκης ἐδιώχθησαν.

Ἀθανάσιος δὲ ὁ πατριάρχης ἐπὶ ἔτη τέσσαρα τὸν θρόνον διοικῶν, εἶτα ἐγγράφως παραιτησάμενος, ἐν τῷ ἀσκητηρίῳ τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι ἐλθὼν ἡσύχαζεν· καὶ ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Ἰωάννης ὁ ἐκ Σωζοπόλεως, ὅστις γυναῖκα καὶ τέκνα ἔχων, ἔπειτα θανάτῳ τὴν γυναῖκα ἀποβαλὼν τὸ μοναδικὸν ὑπέδυ τριβώνιον, καὶ ὁ χρόνος καὶ ἡ ἀρετὴ προβιβάσαντες αὐτόν, πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἐχρημάτισε. καιρῷ δέ τινι τὸν θρόνον διαπρέψας, εἶτα παραιτησάμενος, καὶ πάλιν Ἀθανάσιος ἐκ δευτέρου τὸν θρόνον ἔλαβε. κρατήσας τοὺς οἴακας τῆς ἐκκλησίας ἔτη ὀκτώ, εἶτα πάλιν σκάνδαλά τινα ἀνεφύησαν, καὶ οὗτος τὴν ἡσυχίαν πάντοτε ἦν ἀσπαζόμενος. αὖθις τὸν θρόνον παρῃτήσατο, καὶ ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Νήφων ὁ τῆς Κυζίκου πρόεδρος. ὃς καιρὸν ὀλίγον διαπρέψας εἶτα καταβιβάζεται, καὶ ἀνάγεται ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὴν πατριαρχικὴν περιωπὴν Ἰωάννης ὁ Γλυκύς, λογοθέτης ὢν τοῦ δρόμου, ἔχων καὶ αὐτὸς τέκνα τε καὶ γυναῖκα.

10. ἐχειροτονήθη P σωζουπόλεως P 12. ὑποδὺς M 13. αὐτὸν om M 15. καὶ om M ἀνέλαβε M 16. ἔτη] χρόνους P 17. τινα om M οὕτως M 19. νύμφων M ὀλίγον τὸν θρόνον δ. M

quem ipse non educit, sed praeficit Philem Palaeologum, protostratoris honore tum conspicuum. is igitur in Agarenos castris motis, postremum eos proelio vicit multosque partim occidit, partim cepit. qui reliqui tum erant exiguo numero et superstites, turpiter e Chersoneso Thraciae eiiciuntur.

Athanasius patriarcha, quum annos quatuor solium tenuisset, tradito libello munus deprecatus, in monasterium a se constructum quietis causa secessit. in eius locum subrogatur Iohannes Sozopolitanus: qui quum uxorem et liberos haberet, illa mortua monachicum induerat pallium. is igitur, procedente tempore, auctus virtute, patriarchae Cpolitani honorem assecutus est; quo tamen, munere aliquamdiu functus, ultro se abdicavit; et solium patriarchale iterum occupavit Athanasius. tenuerat is deinde per annos octo clavum ecclesiae, quum rursus turbae quaedam orirentur. itaque, ut quietis semper amantissimus, iterum loco cedit, in quem subrogatur Nepho, Cyzici episcopus: qui brevi post solio patriarchali deiectus, excipitur ab Iohanne Glycy, logotheta dromi, qui et ipse uxorem et

ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ πάνυ σοφώτατος, ἔλαχε δὲ φιλασθενὴς εἶναι καὶ οὐκ ἐδύνατο τὴν αὐτὴν ὑπηρεσίαν τελείως ἐκπληροῦν, καὶ διὰ τοῦτο τὸν θρόνον παρῃτήσατο. καὶ χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ μοναχός τις ἐκ τῆς μονῆς τῶν Μαγγάνων τοὔνομα Γεράσιμος, πολιὸς μὲν τὴν τρίχα ἀνωφελὴς δὲ τὸν τρόπον· καὶ πατριαρχεύσας ὀλίγον, ἑκὼν καὶ ἄκων καὶ μὴ ἀρέσκον τι αὐτῷ τὸν θρόνον ἀφήσας, ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Ἡσαΐας ἀνὴρ γηραιὸς καὶ τίμιος ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Ἄθωνος, κατὰ συγκυρίαν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαχὼν ἐγεγόνει πατριάρχης.

Ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ συνέβη γενέσθαι σεισμὸν τὸν παμμέγιστον, καὶ πολλοὶ οἶκοι περιφανεῖς καὶ ἁγίων ναοὶ οἱ μὲν πεπτώκασιν οἱ δὲ ἐρράγησαν, καὶ πολλοὶ στῦλοι τῶν ἱσταμένων εἰς τοὺς κίονας ἄνωθεν ἔπεσον.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦδε τοῦ βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος B αἱ τριήρεις ηὔξησαν εἰς πλῆθος· καί τινες τῆς συγκλήτου βουλῆς τῷ κρατοῦντι βουλεύουσιν εἰκῇ ἑτοιμάζειν καὶ διορθοῦν καὶ κρατεῖν αὐτάς. ματαίως ἄρα τῶν νηῶν ἡ δαπάνη, ἔλεγον, μικροῦ τῶν ἄλλων πάντων ἐπέκεινα τὸ βασιλικὸν ἐπιτρίβουσα ταμεῖον. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς λόγοις αὐτῶν πεισθεὶς τὰς τριήρεις ἀνεπιμελήτους καταλείψας, τῷ χρόνῳ διεφθάρησαν, καὶ αἱ μὲν διερράγησαν αἱ δὲ κατέδυσαν εἰς πυθμένα

2. τελεῖν καὶ P 5. πολὺς τὴν P 6. ἀρέσκειν τι M 8. συγκαιρίαν P 14. αὐτοκράτορος καὶ βασιλέως P 15. τὰς τριήρεις αὔξησεν M 16. εἰκῇ] οὐκ οὖν M διορθώνειν M 17. αὐτάς om M

liberos habebat. erat is vir sapientissimus, sed admodum infirmae valetudinis, ut oblatam sibi provinciam recte administrare non posset. itaque munus deprecanti Gerasimus, monachus e Manganio monasterio, suffectus est, homo canis capillis, sed pravis moribus. hic quum aliquantisper ecclesiae praefuisset, sedem volens nolens concessit Isaïae, viro seni et venerando e monte Athone monacho, qui forte in urbe aderat.

Illo tempore terra motu ingenti contremuit, multaeque domus magnificae et sanctorum aedes partim destructae sunt, partim egerunt rimas, atque statuae haud paucae de columnis deciderunt.

Quum regnante hoc imperatore triremium numerus admodum auctus esset, optimatium nonnulli suaserunt, temere eas parari ac refici. nequidquam enim, aiebant, impensas in naves factas propemodum magis, quam omnes reliquas, aerarium exhaurire. horum ille consilio obsecutus, triremium curam abiecit, quae tempore procedente partim situ corrumpebantur fatiscentes, partim in mare demergebantur. itaque premente postea necessitate, quum nec gubernatores ad-

θαλάσσης. ὕστερον δὲ χρείας καὶ ἀνάγκης οὔσης οὐκ ἦσαν κυβερνῆται, καὶ αἱ τριήρεις ὡς προείπομεν γεγόνασι, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ βούλευμα πολλὰ κακὰ προεξένησε καὶ δεινά.

Ὁ οὖν βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐγέννησε θυγατέρας δύο, Ἄνναν καὶ Θεοδώραν, ἄρρενας δὲ δύο, Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην. καὶ ἦν πλεῖστα φιλούμενος ὁ Ἀνδρόνικος ὑπὸ τοῦ πάππου καὶ βασιλέως, καὶ ἐν τοῖς ἀνακτόροις ἐκέλευσε τρέφεσθαι. ἀνδρυνθεὶς δὲ νύκτωρ ἐκώμαζε πρὸς γυναῖκά τινα ἑταίραν ὡραίαν πάνυ, καὶ ταύτης ἐρασθεὶς ἦν καὶ ἐρώμενος· καὶ ζηλοτυπία γάρ τις ἐπυρπόλει τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, καὶ ξιφηφόρους καὶ τοξότας ἠνάγκαζε προσμένειν καὶ προλοχίζειν περὶ τὴν τῆς ἑταιρίδος οἰκίαν. ἐν μιᾷ δὲ νυκτὶ ὁ ἀδελφὸς καὶ δεσπότης Μανουὴλ τὸν βασιλέα καὶ ἀδελφὸν ζητῶν ἔτυχε παριέναι τὴν τῆς ἑταιρίδος οἰκίαν· ὃν οἱ τοῦ ἀδελφοῦ σκόποι θεασάμενοι, καὶ διὰ τὸ σκότος μὴ γνόντες τίς ἦν, ἀλλ' ὑποτοπήσαντές τινα τῶν ἐρωμένων εἶναι τῆς γυναικός, βέλη συνεχῶς κατ' αὐτοῦ ῥίπτουσι, καὶ πλήξαντες αὐτὸν ἀπέθανε. μαθὼν δὲ τοῦτο ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ αὐτοῦ ἐκ τῆς χολῆς καὶ τῆς πολλῆς λύπης ἀσθενείᾳ περιπεσὼν βαρυτάτῃ ἐξ ἀνθρώπων ἐγεγόνει. ὡς δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους παρῆλθον, ὁ πάππος καὶ βασιλεὺς τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον προσκαλεσάμενος, μετὰ

1. ἀνάγκης καὶ χρείας P 2. ἐγεγόνασι MP, οὐ γεγόνασι Alterus. 9. νύκτωρ προσεκώμιζε γ. P 13. προσλοχίζειν P 17. γνῶναι M 20. καὶ] αὐτοῦ καὶ P

essent, et triremium esset ea, quam dixi, conditio, Romanis illud consilium multa eaque gravia mala peperit.

Imperator Michael procreavit filias duas, Annam et Theodoram, et filios item duos, Andronicum imperatorem et Manuelem despotam. ex his Andronicum avus imperator habebat longe carissimum, et in regia educari iussit. is, ubi adolevit, noctu ad mulierem egregie formosam, quae ei erat in deliciis et amoribus, comissatum ibat, ac, zelotypia incensus, satellites gladiis et arcubus armatos circum aedes meretriculae iubebat excubare. quadam nocte Manuel despota, fratrem quaeritans, forte ad scorti aedes devenit. speculatores quum eum conspiciunt nec agnoscunt propter tenebras, amatorem quempiam mulieris suspicati, tela in eum crebra coniiciunt et percussum occidunt. quod quum imperator Michael pater Thessalonicae accepisset, ex ira et aegritudine morbo correptus gravissimo, e vita cessit. postquam dies luctus exierunt, avus imperator Andronicum ad se arcessitum

κλαυθμοῦ νουθετῶν αὐτὸν καὶ ὀνειδίσας, ὡς ἔθος τοῖς πατράσι ποιεῖν πρὸς τοὺς φιλτάτους παῖδας, οὗτος μὲν κατηφὴς γενόμενος οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ θυμῷ ληφθεὶς καὶ φοβηθείς, ἵνα μὴ διὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τὰς ἑτέρας τῆς νεότητος ἀκαταστασίας ἃς ἐποίει γυμνώσῃ τῆς βασιλείας αὐτὸν ὁ πάππος καὶ τῷ θείῳ Κωνσταντίνῳ αὐτὴν δώσῃ, μετά τινῶν συνηλικιωτῶν καὶ συνωμοτῶν φυγόντες ἐν τῷ Διδυμοτείχῳ ἀπῆλθον, καὶ στρατὸν συναθροίσαντες εἰς μάχην ἐξῆλθον κατὰ τοῦ βασιλέως καὶ πάππου αὐτοῦ, καὶ πολλῶν πολέμων ἐμφυλίων γεγονότων καὶ φόνων πάλιν εἰς συμβάσεις ἦλθον. καὶ μετ' ὀλίγον διὰ μικρὰς αἰτίας αὖθις τὰς συμβάσεις καὶ συνθήκας ἠθέτουν, καὶ ἦν τὰ σκάνδαλα πλεῖστα.

6. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεόδωρος ὁ μαρκίων, ὃ πρὸ ἐτῶν συχνῶν εἰς τὴν τῆς μητρὸς πατρίδα πεμφθεὶς ὡς εἰρήκαμεν, μετὰ τὸν ταύτης θάνατον ἐπανῆκε πρὸς τὸν πατέρα, παῖδας καὶ γυναῖκα ἐκεῖσε καταλιπών· ὅστις καὶ γνώμῃ καὶ πίστει καὶ σχήματι καὶ γενείων κουρᾷ Λατῖνος ἦν ἀκραιφνής. καὶ κηδεμονίας ἁπάσης καὶ εὐμενείας καὶ χορηγίας χρημάτων ὁ πατὴρ ἐχαρίσατο· αὐτὸς δὲ τὸν Ἰούδαν ἐκεῖνον μιμησάμενος προδότης εἵλετο γενέσθαι τοῦ βασιλέως καὶ πατρός, καὶ θερμότερος πάντων

2. παῖδας om M 5. τῆς β. στερώσῃ M 6. αὐτὴν om M 8. καὶ τὸν στρατὸν P 10. συνηβάσεις MP 11. ὀλίγον διάστημα διὰ P 12. συνηβάσεις MP 13. πλεῖστα καὶ πολλά M 18. ὅστις] ἴδε ὅτι M

multis cum lacrimis obiurgat cohortaturque, quemadmodum parentes liberos amatissimos cohortari solent. ille demissus nihil respondet, sed ira commotus ac metuens, ne propter necem fraternam et reliqua iuvenilis insolentiae facinora, quae patrasset, avus imperium sibi abrogatum in Constantinum patruum transferret, cum quibusdam aequalibus sociisque Didymotichum aufugit, ibique collectis copiis bellum adversus avum imperatorem movet. postremo, multis proeliis civilibus factis caedibusque, cum eodem in pacem redit. at mox levibus de causis pactiones et conventa rescinduntur turbaeque excitantur plurimae.

6. Illo tempore imperatoris filius Theodorus marchio, qui ante multos annos in matris suae patriam missus fuerat, ut supra narravimus, post huius obitum ad patrem rediit, relictis domi liberis et uxore. is, animo, religione, cultu et tonsu barbae plane Latinus, quum omni curae, benignitatis ac munificentiae genere a patre ornatus esset, Iudam illum imitari et patrem imperatorem prodere maluit, atque hostis eius factus reliquis vehementior, deposita omni erga

ἐχθρὸς ἐγένετο, καὶ πᾶσαν αἰδῶ πατρικὴν ὀπίσω λιπὼν πρὸς τὸν νέον βασιλέα καὶ ἀνεψιὸν αὐτόμολος παραγίνεται, καὶ πλεῖον τὸ σκάνδαλον ἐποίησε. τότε μὲν διὰ τοὺς ἐμφυλίους πολέμους καὶ τὰς ἀκαταστασίας ὁ Ὀτθμάνος ὁ τῆς Βιθυνίας 9 κρατῶν εὐκαιρίαν εὑρὼν ἐκ τοῦ ἐναπολειφθέντος μέρους τοῖς Ῥωμαίοις οὐκ ὀλίγον ἔλαβεν. ἡ δὲ εἴσοδος τοῦ νέου βασιλέως ἐντὸς τῆς πόλεως οὕτως ἐγένετο· προδόται δὲ δύο εἰς τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες, τοὔνομα ὁ εἷς Καστελάνος καὶ ὁ ἕτερος Κάμαρις, οἳ ἦσαν φύλακες ἔν τινι τόπῳ τῆς πόλεως ἐγγὺς τῆς πύλης τῆς λεγομένης Ἀδριανουπόλεως, καὶ συμβάσεις μετὰ τοῦ νέου βασιλέως ἐποίησαν. καὶ ἐλθὼν ὁ στρατὸς νυκτὸς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τὰς κλίμακας ἔβαλον, καὶ ἔσω τῆς πόλεως μέρος ἐξ αὐτῶν γενόμενοι καὶ τὴν πύλην ἀναπετάσαντες, ὁ ἐναπολειφθεὶς στρατὸς μετὰ τοῦ νέου βασιλέως ἔνδον γέγονε. καὶ εὐθὺς συγκαλέσας πάντα τὸν ὑφ' ἑαυτῷ στρατὸν παρεκελεύετο μάλα σφοδρῶς μήτε χεῖρα φονεύτριαν μήτε γλῶσσαν ὑβρίστριαν ἐπενεγκεῖν μήτε τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ μήτ' οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· "οὐ γὰρ" φησὶν "ἡμεῖς ἀλλ' ὁ θεὸς ταύτην παρέσχε τὴν νίκην," καὶ περὶ τῆς τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ζωῆς ἐφρόντισεν. ἐγκρατὴς δὲ τῆς πόλεως καὶ τῆς βασιλείας γενόμενος τοῦ πάππου ἔτι ζῶντος, λῃστρικῷ τρόπῳ τῆς βασιλείας τοῦτον ἐξέωσεν. ἐβασίλευσε μετὰ τοῦ υἱοῦ Μιχαὴλ ὁ γηραιὸς Ἀνδρόνικος, ἕως οὗ ἐξώ-

3. ηὔξησε M 4. τὰς om P ὀτμάνης P 7. πόλεως ταύτης ἐγεγόνει M δὲ] δὴ P, neutrum apto 10. συνηβάσεις P 11. ποιήσαντες M 15. καλέσας P 16. παρεκέλευσε P μᾶλλον MP: correxit Alterus 22. λῃστρικῶς καὶ δυναστικῷ M

eum reverentia, ad iuniorem imperatorem, fratris filium, transiit auxitque rei publicae turbas. tum enim, e bellis his domesticis et rerum perturbatione petita occasione, Othmanes, qui Bithynis imperabat, de terra Romanis reliqua partem haud exiguam occupavit. urbem iunior imperator hoc modo intravit. proditores duo, alter Castelanus, alter Camaris nomine, quibus regio quaedam urbis prope portam quam dicunt Adrianopolitanam custodienda tradita erat, in imperatoris iunioris castra profecti, pactionem cum eodem composuerunt. itaque noctu adveniens exercitus in illo loco scalas moenibus admovet, per quas nonnulli in urbem traiecti portam aperiunt. imperator, postquam cum reliquo exercitu intus adest, confestim convocatos milites severissime vetat, ne in imperatorem avum vel alium quemquam vi aut contumeliis utantur. "non enim, inquit, ipsi, sed deus hanc nobis victoriam paravit." omnino curae habuit avi salutem: quamquam avo superstite urbe et imperio potitus, in modum latronis regno eum expulit. imperaverat An-

σθη ὑπὸ τοῦ ἐγγόνου αὐτοῦ καὶ νέου Ἀνδρονίκου, ἔτη μέ, ἔτει ἀπὸ μὲν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ͵ατκή, ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ͵ςωλς΄.

7. Καὶ παραλαβὼν τὴν βασιλείαν καὶ τὴν πόλιν ὁ νέος Ἀνδρόνικος καθ' ὃν τρόπον εἰρήκαμεν, καὶ κύριος καὶ δεσπότης εἰς πᾶσαν ἐξουσίαν γενόμενος τὸν πάππον καὶ βασιλέα προμηθείας ἱκανῆς τοῦ βίου καὶ τοῦ ζῆν ἠξίωσε, τὸν δὲ θεῖον αὐτοῦ Κωνσταντῖνον πιάσας ἐν εἱρκτῇ ἐζοφωμένῃ ἔθετο, καὶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Μετοχίτου, τοῦ ποτὲ ἀνακαινίσαντος τὴν μονὴν τοῦ Ζωοδότου τὴν καλουμένην τῆς Χώρας, τὰ κτήματα πάντα καὶ χρήματα ἐδημοσίευσεν· εἶτα ὕστερον πάλιν συμπαθὴς ὢν ὁ βασιλεὺς τοὺς πάντας ἐπρομηθεύσατο. ἄρτι δὲ τῆς ὥρας ἐπιστάσης τοῦ ἔαρος τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις συναθροίσας κατὰ τοῦ Ὀρχάνου τοῦ τῆς Βιθυνίας ἀμηρεύοντος περάσας ἐστράτευσε, καὶ τὴν προκαθεζομένην τῆς Βιθυνίας πόλιν Νίκαιαν διπλῷ πολέμῳ πολιορκουμένην καὶ κινδυνεύουσαν εἰς ἄκρον δρῶν βοηθῆσαι ἔγνω. τὰ οὖν τῶν Ῥωμαίων ἐσφάλησαν τρόπῳ τοιῷδε. ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ συμβαλὼν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἀκροβολισμῶν γενομένων καὶ συμπλοκῆς τὸ τῶν Ῥωμαίων στράτευμα ἐκ τῆς ἕκτης ὥρας τῆς ἡμέρας ἕως τῆς ἑσπέρας καλῶς καὶ ἀνδρείως ἀντελέγοντο τοῖς Ἀγαρηνοῖς, καὶ οἱ Τοῦρκοι σχεδὸν πρὸς τὸ κλῖναι ὀλί-

4. 7.] βασιλεία Ἀνδρονίκου τοῦ νέου. κεφ. ζ΄. MP 10. τὴν] καὶ οἰκοδομήσαντος τὴν M et margo P χώρας καὶ οἰκοδομήσαντος αὐτὴν τὰ P 17. ἔγνω om M οὖν om M 18. ἦλθεν οὖν ὁ M 20. ἕκτης om M

dronicus maior cum Michaele filio, donec ab Andronico minore deturbatus est, annos quinque et quadraginta, h. e. ad annum a Christo nato 1328, ab orbe condito 6836.

7. Urbem et imperium iunior Andronicus eo, quo diximus, modo adeptus atque dominus et despota cum summa rerum omnium potestate factus, avo de vita commode agenda prospexit, Constantinum autem patruum comprehensum in carcerem tenebrosum coniecit, et Metochitae magni logothetae, qui quondam monasterium Christi Salvatoris, quod Chorae nominatur, instauraverat, facultates opesque omnes publicavit. sed mox, misericordia commotus, cunctis bene consuluit. vix ineunte vere collectas Romanorum copias contra Orchanem, Bithyniae ameram, ducit, et Nicaeam, urbem Bithyniae primariam, duplici exercitu circumsessam atque in summum adductam periculum, liberare decrevit. succubuit res Romana hoc modo. postquam advenit imperator et proelium commisit, Romani primum eminus iaculando, deinde dimicando conserta manu, a sexta diei hora ad

γον ἀρχὴν ἐποίουν, καὶ ὁ ἀμηρᾶς εἰς δειλίαν ἐνέπεσε. τοῦ δὲ πολέμου λυθέντος διὰ τὸ τὸ σκότος τῆς νυκτὸς ἐγγίζειν, εὑρέθη τετρωμένος τὸν πόδα ὁ βασιλεὺς ἐλαφρῷ τινὶ βέλει· καὶ θέλοντος εἰσελθεῖν εἰς τὸ τῆς Φιλοκρινῆς πολίχνιον πλεῖστα ἐγγὺς ὂν θεραπείας ἕνεκα τοῦ ποδός, οὐκ οἶδα πῶς, ἐξ ἁμαρτιῶν ἐψιθυρίσθη ἐν τῷ στρατῷ, τὴν αἰτίαν μὴ εἰδότες, ἀλλὰ φεύγειν τοῦτον ἐνόμιζον ἀπὸ δειλίας αὐτοῦ, καὶ ὁ στρατὸς πᾶς ἀσυντάκτως καὶ μετὰ βίας φεύγειν ὥρμησαν ὑπό τινος μὴ διωκόμενοι. καὶ ἐν τῷ φεύγειν διὰ τὸ σκότος ὑπ' ἀλλήλων κατεπατήθησαν, καὶ πολλοί τινες ἀνὰ μέσον ἐτρώθησαν. B καὶ ἐν τοῖς ὀρύγμασι τοῦ πολιχνίου μέρος φθάσαντες αὐτῶν ἀσυντάκτως κατεκρημνίζοντο· ἄλλοι δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ φθάσαντες, πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἀπεπνίγησαν διὰ τὸ ἐμβὰν πλῆθος ἐν τοῖς ἀκατίοις. οἱ δὲ σκόποι τοῦ Ὀρχάνου, ὡσεὶ τριακόσιοι ἔφιπποι στρατιῶται ὄντες, τὴν ἀσύντακτον φυγὴν καὶ θόρυβον ὁρῶντες μετὰ φωνῶν μόνον αὐτοὺς ἐδίωχνον, καὶ ἐγκρατεῖς τῆς σκηνῆς τῆς βασιλικῆς καὶ πάσης παρασκευῆς καὶ ἵππων βασιλικῶν καὶ ἐφεστρίδων πολυτίμων παρ' ἐλπίδα κύριοι γεγόνασι, καὶ νίκην μεγάλην χωρὶς πολέμου ἐκέρδησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν τῷ πολιχνίῳ ἐκείνῳ προσμείνας ἡμέρας τρεῖς, μετὰ λύπης μεγάλης καὶ δακρύων ἀπαραμυθήτων τὴν τῶν Ῥωμαίων δυστυχίαν κλαίων ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου ἐπανέ-

4. φιλοκρηνῆς P 5. ἁμ. πῶς μικρὸν ἐψ. M 11. μέρος et αὐτῶν om P 12. δὲ ἐν τοῖς ἀκατίοις ἐν P 16. θεωροῦντες P ἀπεδίωχνον P 20. μῆνας P 22. Κωνσταντινούπολιν P

vesperam usque praeclare et strenue pugnarunt, ut Turcae iam inclinarentur prope et ameras percelleretur timore. sed diremto proelio propter ingruentis noctis tenebras, quum imperator levi sagitta in pede vulneratus, Philocreneu, oppidulum in proximo situm, curandi vulneris causa intrare vellet, nescio quo modo factum est, ut errore militum, eius rei causam ignorantium, fama exiret, perterritum imperatorem fuga salutem quaerere. itaque cuncti nullo ordine et magna contentione, a nemine pressi, ad fugam incumbunt, in fuga propter tenebras invicem conculcantur, et non pauci laeduntur graviter: pars in fossas oppidi confuse se praecipitant: alii ad litus delati scaphas inveniunt, quibuscum nimia multitudine gravatis multi summerguntur. speculatores Orchanis, equites circiter trecenti, animadversa eorum tumultuaria fuga et perturbatione, clamore duntaxat eos insecuti, tabernaculo imperatoris cum omni apparatu, equis eius et pretiosis vestimentis praeter spem potiuntur et praeclaram reportant victoriam citra pugnam. imperator in oppidulo illo tres

στρεψε. καὶ ὁ ἀμηρᾶς μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐγκρατὴς τῆς πόλεως ἐγένετο Νικαίας.

8. Τοῦ δὲ φθινοπώρου ἱσταμένου συλλεξάμενος ὅσαι ἂν ἦσαν τριήρεις Ῥωμαίοις, κατὰ Μαρτίνου τινὸς τοῦ τὴν Χίον ἐπιτροπεύοντος τὸν πλοῦν ποιησάμενος τήν τε νῆσον κατέσχε σὺν οὐδενὶ κόπῳ καὶ πόνῳ, καὶ αὐτὸν τὸν Μαρτῖνον χειρωσάμενος δεσμώτην παρέπεμψεν τοῖς Βυζαντίοις. εἶτα κατὰ τῶν Φωκαίων Λατίνων πλεύσας ὑποτελεῖς τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐποίησε· καὶ ἐνέχυρον τοὺς αὐτῶν υἱοὺς τῷ βασιλεῖ ἔδωσαν.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦδε τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ἡ Νικομήδεια τῶν Βιθυνῶν μητρόπολις ἑάλω ὑπὸ τοῦ Ὀρχάνου, τῷ πολλῷ λιμῷ καταπονηθεῖσα. ὁ δὲ βασιλεὺς στρατεύει κατὰ τῶν Ἀκαρνῶν καὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἠπειρίων καὶ Ἰλλυρίων καὶ αὐτοὺς ἐδούλωσε, καί τινα φρούρια ἀπὸ τῶν Βουλγάρων ἔλαβεν.

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐγεννήθη ἐν τῇ πόλει τοῦ Κωνσταντίνου παιδίον συμφυὲς μὲν ἀπὸ ποδῶν ἄχρις ὀμφαλοῦ, τὰ δ' ἑξῆς διαιρούμενον, ὤμους καὶ στέρνα καὶ ῥάχιν, καὶ δύο μὲν ἔχουσα κεφαλάς, χεῖρας δὲ τέσσαρας· καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐξεπεπνεύκει.

3. ὅσας ἂν εἶχον τριήρεις οἱ ῥωμαῖοι P 4. μαρτίνου τοῦ τῆς χίου P 8. τῆς βασιλείας om P 12. ὑπὸ τοῦ πολλοῦ λοιμοῦ P 14. Ἀκαρνῶν καὶ om P καὶ αὐτοὺς] αὐτῷ M 17. τοῦ om P 20. εἶχε P

dies commoratus, atque cum ingenti moerore lacrimisque assiduis Romanorum conquestus fortunam, Cpolim revertit. ameras paucis diebus post Nicaeam in potestatem suam redegit.

8. Autumno ineunte, collectis quotquot erant triremibus Romanorum, contra Martinum quendam, Chii procuratorem, profectus, insulam nullo labore occupavit, ipsumque Martinum captum in vinculis Byzantium misit. deinde Phocaeenses Latinos classe adortus, obsidum loco eorum filiis acceptis, vectigales fecit.

Imperante Andronico etiam Nicomedia, Bithyniae caput, intolerabili fame vexata, Orchani cessit. contra imperator in Acarnanas, Aetolos, Epirotas, Illyriosque duxit sibique eas gentes subiecit, ac castella quaedam eripuit Bulgaris.

Per id tempus Cpoli homo natus est ab imis pedibus ad umbilicum concretus, inde discretus, circa humeros, pectus et spinam dorsi, praeditus duobus capitibus et manibus quatuor. obiit intra dies paucos.

Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Κωνσταντινούπολιν μοναχός τις Καλαβρὸς τοὔνομα Βαρλαάμ, ὃς μέγας καὶ πολὺς ἐδόκει εἶναι ἐν τῷ λέγειν καὶ διαλέγεσθαι περὶ ὧν οἱ Λατῖνοι καινοτομοῦσι, καὶ τὸ φῶς τὸ ἐν τῷ Θαβορίῳ λέγων εἶναι κτιστόν· ὅθεν καὶ εἰς διάλεξιν πάντας ἐκάλει. καὶ ὁ βασιλεὺς προστάξας τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν, τὸν τότε τὸν τῆς Θεσσαλονίκης θρόνον περιέποντα, ἵνα μετὰ τοῦ Καλαβροῦ διαλεχθείη, καὶ πολλὰς διαλέξεις ἀναμέσον αὐτῶν ποιήσαντες, τὰς πιθανολογίας καὶ φληναφίας τοῦ Καλαβροῦ Βαρλαὰμ ὡς ἱστὸν ἀράχνης ὁ Παλαμᾶς ἐξετίναξε. καὶ τοῦ Χρυσολωρᾶ Ἰωάννου τὰ ὅμοια δοξάζοντος, καὶ δεινοῦ ἐν τῷ λέγειν καὶ διαλέγεσθαι καὶ αὐτοῦ ὄντος, καὶ οὗτος τὰ ὅμοια ἔπαθεν.

Οὗτος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς δεσποίνης Εἰρήνης τῆς ἐξ Ἀλαμάνων ἄπαις ὤν, ἀποθανούσης δὲ αὐτῆς δευτέραν γυναῖκα ἔλαβεν, Ἄνναν τοὔνομα, μεθ' ἧς ἐγέννησε θυγατέρας δύο, ὧν τὴν μὲν πρωτότοκον τῷ υἱῷ τοῦ τῶν Μυσῶν ἀρχηγοῦ εἰς γυναῖκα ἔδωκε, καὶ Εἰρήνη μεγάλη ἀναμεταξὺ Μυσῶν καὶ Ῥωμαίων γέγονε, τὴν δὲ ἑτέραν ὕστερον ὁ ἀμηρᾶς Ὀρχάνης εἰς γυναῖκα ἔλαβεν. εἶτα ἐγεννήθη τῷ βασιλεῖ ἄρρεν Ἰωάννης. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ τὸν βασιλέα Ἰωάννην τὸν υἱὸν αὐτοῦ θεωρῶν ἐν νεαρᾷ τῇ ἡλικίᾳ ὄντα καὶ 10
μὴ τὴν βασιλείαν διοικεῖν εἶναι ἐπιτήδειον, εἴασεν ἐπίτροπον

1. καὶ ἐκ M εἰς Κωνσταντινούπολιν om M 4. τὸ post καὶ om P 5. πάντας] τινὰ M 6. ἅγιον] κὺρ M 12. καὶ οὗτος om M 19. ἐγένετο P 20. ἄρρεν μὲν ἦν τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰωάννῃ M 22. Ἰωάννην τὸν] καὶ P

Eodem tempore ex Italia Cpolim monachus quidam Calaber, Barlaamus nomine, venit, qui in iis, quae Latini novarunt, explicandis defendendisque exercitatus et eximius esse sibi videbatur, atque lumen illud Thaboris montis creatum esse dicebat. qui quum omnes ad disputandum provocaret, imperator id negotium venerabili Gregorio Palamae, Thessalonicensem ecclesiam tum moderanti, dedit. quum diu disputassent, captiosas Calabri nugas Palamas velut aranearum telas discussit. Iohanni Chrysolorae, eadem sentienti et dicendi ac disputandi similiter perito, idem accidit.

Andronicus, ex Irene Alemanna nullis susceptis liberis, post eius mortem aliam uxorem duxit, Annam nomine, ex qua filias duas procreavit, quarum maiorem filio principis Mysorum nuptum dedit, unde firma pax inter Mysos et Romanos coagmentata est, alteram postea Orchanes ameras in matrimonium accepit. deinde filius imperatori natus est, Iohannes. quem quum sub exitum vitae adhuc impuberem nec

αὐτοῦ τὸν μέγαν δομέστικον Ἰωάννην τὸν Καντακουζηνὸν καὶ οἰκονόμον τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐποίησεν, ὃς καὶ πολλὰ δυνάμενος ἦν τότε ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, ἄχρι καιροῦ ἡλικίας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ προστάξας συζευχθῆναι τὸν παῖδα. ὑπῆρχε δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς χαρίεις τῷ εἴδει καὶ τῇ γνώμῃ φιλάνθρωπος, τῷ ἤθει ἱλαρός, συμπαθὴς τοῖς πᾶσιν. ἐμίσει περὶ αὐτὸν πλῆθος ἀνθρώπων ὁρᾶν, ἠγάπα δὲ πλεῖστα τὰ κυνήγια· διὸ καὶ ἔτρεφε κύνας πλέον τῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων, ὄρνεα δὲ ἤτοι ἱέρακας πλέον τῶν χιλίων, καὶ τοὺς αὐτὰ ἐπιμελουμένους ἐγγὺς τοσούτους εἶχεν. ἐτεθνήκει δὲ κατὰ τὸ ͵ϛωμθ' ἔτος· ὁ δὲ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἅπας χρόνος πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ἐτύγχανεν, ἐξ ὧν ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι.

9. Ἤδη δὲ ἀποθανόντος τοῦ βασιλέως ὁ Καντακουζηνὸς τὴν βασιλείαν καὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν καὶ ἐξουσίαν ἀναζωσάμενος εὐθὺς βασιλεύει καὶ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ δέσποιναν ἔστεψε, καὶ τῷ πρώτῳ υἱῷ αὐτοῦ ἐρυθροῦ πεδίλου μετέδωκε, τὸν δὲ ἕτερον δεσπότην ἐν τῇ Σπάρτῃ ἐποίησε, βουλόμενος πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ ἀρχὴν ὑφ'

2. αὐτὸν ἐποίησεν om M καὶ ἐπὶ πολλὰ M 4. προσέταξε P 9. τῶν] ἢ M 10. ἐπιμελοῦντας M 11. post ἔτος margo P: ἀπὸ χριστοῦ ͵ατμα$^{\omega}$. 12. πέμπτος καὶ τεσσαρακοστὸς ἐτύγχανεν P 14. 9.] πῶς ἐβασίλευσεν Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνός, καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. M, πῶς ἡ τῆς βασιλείας ἀρχὴ ἦλθεν ἐπὶ τὰς χεῖρας τοῦ Καντακουζηνοῦ Ἰωάννου καὶ πῶς ἐβασίλευσε. P 16. βασιλεύει καὶ om P 19. πεποίηκε P ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν P

administrandae rei publicae parem esse videret, Iohannem Cantacuzenum, magnum domesticum, cuius magna tum apud imperatorem auctoritas erat, ei tutorem reliquit et imperii designavit administratorem, donec Iohannes filius iustam aetatem attigisset, eiusdemque filiam iussit adolescenti iungi matrimonio. erat Andronicus ore suavi, ingenio miti, blandis moribus, animo erga omnes misericordi. oderat hominum stipantium turbam; venationis amantissimus erat. qua de causa alebat canes amplius mille et quadringentos, aves sive accipitres supra mille; quos qui curarent, propemodum totidem numerabantur. obiit anno 6849; vixit annos quinque et quadraginta, e quibus viginti annos imperavit.

9. Mortuo Andronico, Cantacuzenus, rerum omnium summa potestate et administratione regni auctus, statim imperium capessit imperatorque proclamatur, ac coniugem ut dominam coronat et filio natu maximo calceos purpureos impertit, minorem despotam Spartae

ἑαυτῷ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ κληροποιῆσαι. περὶ δὲ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου καὶ γαμβροῦ αὐτοῦ οὐκέτι αὐτῷ ἔμελεν. ἀνδρυνθεὶς οὖν τῇ ἡλικίᾳ ὁ Ἰωάννης ἀπῄτει τὴν βασιλείαν λαβεῖν ὡς γνήσιος διάδοχος καὶ κληρονόμος ἐκ τῶν τοῦ πενθεροῦ χειρῶν. ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ἑαυτῷ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ θέλων κλῆρον ποιῆσαι. καὶ πολλαὶ μάχαι καὶ πόλεμοι ἐμφύλιοι ἀναμεταξὺ τῶν τοιούτων διαφορῶν ἐγένοντο καὶ κάκωσις καὶ φθορὰ μεγάλη καὶ οὐαὶ καὶ κλαυθμοὶ εἰς τὸ ὑπήκοον τὸ ταλαίπωρον. καὶ ὁ Ὀρχάνης τότε ἀδείας καὶ εὐκαιρίας δραξάμενος τὰ ἐναπομείναντα ὑποτελῆ Ῥωμαίοις ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο, καὶ αὖθις ἐν τῇ Θρᾴκῃ πρὸς τὴν Χερρονείαν περάσας πολίχνιά τινα καὶ φρούρια ἔλαβε. καὶ τινὲς μὲν τῶν ἐνδόξων καὶ εὐγενῶν καὶ τοῦ δήμου τὸν Παλαιολόγον ὡς διάδοχον γνήσιον καὶ κληρονόμον τῆς ἀρχῆς βασιλέα ἤθελον, βοηθοῦντες καὶ συμπονοῦντες αὐτῷ· τινὲς δὲ πάλιν τὰ ἐναντία φρονοῦντες ἔλεγον τὰ ὅσα ὁ Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς ὁ προπάππος αὐτοῦ ἐποίησε τῷ Ἰωάννῃ τῷ Λασκάρει, τυφλώσας αὐτὸν καὶ τὴν βασιλείαν λαβών, καὶ αὐτὸς ὁ ἔκγονος αὐτοῦ τὰ νῦν ὑπὸ ἑτέρων ἀνταποδίδοται· καὶ τῷ μέτρῳ ᾧ ἐμέτρησαν οἱ πρὸ αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν ἔλαβον, καὶ οὗτος τὰ νῦν ἀντιμετρηθήσεται. καὶ ὁ Παλαιολόγος ἀπορηθεὶς καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐλθών, καὶ οὐκ ἔχων τι

1. κληρ.] ἔχειν P 6. καὶ om P 10. ῥωμαίων M 11. αὖθις τὴν τῆς Θρᾴκης χερρόνησον περάσας P 17. ὁ ante βασ. om P 18. τῷ ante Λασκάρει om P 20. τὸ μέτρον ὃ M

declarat, omne imperium potestatemque sibi et filiis suis comparare nisus. imperatorem Iohannem, generum, nihil curat. hic quum adultus imperium ut heres germanus et legitimus e manibus soceri recipere cuperet, recusabat ille, sibi ac filiis possessionem eius tueri studens. multa certamina ac bella domestica ex his dissidiis orta sunt, unde magna calamitas, pernicies, lamenta fletusque in miseros cives redundarunt. Orchanes, tum facultatem nactus et occasionem, quae Romanis adhuc in Bithynia tributaria erant, in potestatem suam redegit, ac rursus in Chersonesum Thraciae traiectus, oppida nonnulla et castella expugnavit. ceterum e proceribus optimatibusque ac plebe alii Palaeologum, ut successorem et heredem imperii legitimum, imperatorem esse volebant eumque adiuvabant sustentabantque, alii, qui contraria sentirent, dictitabant, quae imperator Michael, illius abavus, in Iohannem Lascarim fecisset, quum eum oculis cum imperio privaret, eorum nunc poenas abnepotem eius aliis luere; et qua mensura maiores eius aliis mensi fuissent eripuissentque imperium, eadem illi nunc metiendum esse. Palaeologus, consilii inops

ἕτερον πρᾶξαι, πρὸς τὸν Τούρκων ἀμηρᾶν Ὀρχάνην διέδραμεν βοήθειαν αἰτῶν, ἵνα τῆς βασιλείας τῆς πατρικῆς ἐγκρατὴς γένηται, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ εἰς γυναῖκα δῶσαι τῷ Ὀρχάνῃ. καὶ αὐτὸς μετὰ χαρᾶς τὴν αἴτησιν δεξάμενος, καὶ μάλιστα διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ τὰ φρούρια ἃ ἐν τῇ Θρᾴκῃ διερχόμενος ἤτοι περάσας ἔλαβεν αὖθις τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ τῷ ἑαυτοῦ γυναικαδέλφῳ ἐχαρίσατο. καὶ τὰ πρὸς χρείαν δοὺς B αὐτῷ οἵαν ἐβούλετο, καὶ ἐν τῇ πόλει περάσας τὸν Καντακουζηνὸν καὶ πενθερὸν αὐτοῦ ἐκ τῆς βασιλείας ἐξέωσε καὶ ἐγκρατὴς πάσης πατρικῆς ἀρχῆς ἐγένετο. ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ὡς φυγὰς ἐν τῇ Σερβίᾳ πρὸς τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ τὸν ταύτης κρατοῦντα ἐλθὼν τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ἡσυχάζων διὰ τὸν φόβον τοῦ Ὀρχάνου· καὶ ἐζήτει πάντοτε καιρὸν ἐπιτήδειον, ἵνα, εἰ δυνατόν, πάλιν δοκιμάσας τὴν βασιλείαν ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι ἐλθεῖν. ἀκούσας δὲ τὸν τοῦ Ὀρχάνου θάνατον, καὶ πῶς ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀμουράτης τὴν ἀρχὴν διεδέξατο, στρατὸν οἰκονομήσας ἔκ τε τῆς Σερβίας καὶ τῆς Βουλγαρίας, ἵνα πάλιν κατὰ τοῦ γαμβροῦ καὶ βασιλέως Ἰωάννου ἔλθῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης ταῦτα μαθὼν ἔστειλε πρέσβυν πρὸς τὸν πενθερὸν μετ' ἐπιστολῆς περιεχούσης οὕτως.

10. "Ἐγὼ μὲν πολλάκις κατὰ νοῦν συλλογιζόμενος ἐθαύμασα πῶς ἡ συνείδησις καὶ ἡ διάκρισις καὶ τὸ γῆρας οὐκ

1. Τούρχων om P 7. καὶ χεῖρα δώσας M. 8. ἐν om P 11. ὡς] ᾤχετο P παρὰ P 14. δοκιμᾶσαι καὶ τὴν M 21. 10.] ἐπιστολὴ Ἰωάννου τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν Καντακουζηνὸν τὸν πενθερὸν αὐτοῦ. MP μὲν οὖν π. P

et rebus suis diffisus, quum aliud quod faceret non haberet, ad Orchanem Turcarum ameram confugit, eiusque opem ad paternum regnum vindicandum implorat, sorore illi in matrimonium oblata. Orchanes, eam conditionem, propter affinitatem maxime, cupide amplexus, castella, quae in Thraciam traiectus occupaverat, imperatori Iohanni, fratri uxoris, donavit. deinde Iohannes, instructus ab eodem rebus omnibus, quibus egeret, et Cpolim adortus, Cantacuzenum socerum imperio deturbavit et paternum regnum recuperavit. Cantacuzenus fuga se in Serviam ad generum, eius regionis principem, recepit, ibique quiete agebat, metuens sibi ab Orchane, atque tempus exspectabat opportunum, quo, si posset, efficeret, ut in manus suas imperium rediret. itaque audito, Orchanem obisse filiumque eius Amuratem suscepisse imperium, e Servis et Bulgaris exercitum parat, adversus Iohannem generum profecturus. imperator, re comperta, legatum ad socerum cum epistola misit in hunc sensum conscripta.

10. "Saepenumero cogitanti mihi mirum visum est, quomodo

σαντες, και ἕως τῆς Νικοπόλεως ὁ Σιγισμόνδος ἔφθασε, καὶ τὰ στρατεύματα συνηντήθη, καὶ κακοβουλίας ἕνεκεν τὰ τῶν Χριστιανῶν εἰς ἄκρον ἐσφάλησαν, καὶ τρέψαντες αὐτοὺς μετὰ φόνου πολλοῦ καὶ αἰχμαλωσίας ἐδίωξαν. εἶτα τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ ἡμετέραν πατρίδα ἐλθὼν ἀπέκλεισε πολιορκῶν αὐτήν. καὶ τοσοῦτον ὀξὺς εἰς τὰ πάντα ἦν ὥστε οὐκ ἤρκεῖτο μόνον τὴν πόλιν πολιορκεῖν, ἀλλὰ τὸν Γιακούμπ-πασιᾶν καὶ τὸν Βρενέζην στείλας μετὰ στρατοῦ χιλιάδων πεντήκοντα καὶ ἓξ ἦλθον κατὰ τῆς Πελοποννήσου, καὶ εἰσελθόντες ἐν τῇ νήσῳ τὰ ὅσα ἐδύναντο κακὰ ἐποίησαν, ἔφθασαν δὲ καὶ ἕως ἐγγὺς τῆς Κορώνης καὶ Μεθώνης, εἶτα στραφέντες τὴν παλαιὰν καὶ ὀνομαστὴν πόλιν τοῦ Ἄργους πολεμήσας ἔλαβον, καὶ ὑπὲρ τὰς τριάκοντα χιλιάδας αἰχμαλώτους λαβόντες ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀποίκους ἐποίησαν, καὶ τὰ τείχη αὐτῆς χαλάσαντες ἔρημον κατέλιπον, ἐν ἔτει ͵ςϑγʹ, ἰνδικτιῶνος εʹ. Δῖνος δὲ ὁ ἀμηρᾶς καὶ οἱ ἕτεροι οἱ τῆς ἀρχῆς ἐξωσθέντες παρὰ τοῦ Μπαγιαζήτου, ἐλθόντες πρὸς τὸν βασιλέα Ντεμίρην, κλαίοντες τὴν ἀδικίαν ἣν ἠδικήθησαν· καὶ ὁ Ντεμίρης θέλων αὐτοῖς βοηθῆσαι, στείλας πρέσβυν τινὰ εἰς τὸν Μπαγιαζήτην λέγων ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιον κατὰ τῶν ὁμοφύλων μᾶλλον καὶ ὁμοπίστων πράττειν οὕτως, καὶ παρῄνει αὐτὸν ἵνα τὴν ἀρχὴν ἑνὸς ἑκάστου αὖθις δώσῃ, εἰ θέλει ἵνα φίλοι ἔσωνται.

2. ἕνεκα P 4. ἐδίωξεν P 8. χιλιάδας M 13. ὑπὲρ om P
14. ͵ςϑγ^ω P 22. θέλει φίλους ἔσεσθαι P

Bulgariae et Serviae non pauca accepit. deinde adversus Sigismundum, imperatorem Germaniae, bello excitato, quum Nicopolim usque Sigismundus processisset, et occurrissent sibi exercitus, imprudentia factum est, ut Christiani funditus devicti, cum magno hominum partim occisorum partim captorum clade fugarentur. iam Cpolim patriam nostram adortus, obsidione clausit, adeoque praeceps erat ad omnia, ut non satis haberet, urbem obsidere, sed Giacub-pazianem et Brenezem cum sex et quinquaginta millibus mitteret in Peloponnesum. hi insulam adorti, omni eam malorum genere lacerarunt, prope Coronen et Methonen usque progressi. inde reversi, vetustam et inclitam urbem Argos expugnarunt, eamque, triginta amplius millibus captivorum im Asiam missis deductisque in colonias, eversis moenibus, desertam reliquerunt, anno mundi 6903, indictione 5. interea Dinus ameras et reliqui, qui a Baiazete sedibus suis pulsi fuerant, Demirem regem adierant, iniurias, quas accepissent, conquerentes. Demires, succurrendi iis cupidus, per legatum Baiazeti suadebat, iniustum esse, erga homines eiusdem gentis et reli-

B ὁ δὲ ἀμηρᾶς ἄκρον πλεονέκτης ὢν καὶ οὐδέποτε ἤρκεῖτο πλούτου καὶ τρόπου· ὁρμητικὸς καὶ δεινὸς ὢν τοῦ πρέσβεως τοὺς λόγους εἰς οὐδὲν ἐλογίσατο, καὶ τὸν Ντεμίρην τὸν αὐθέντην αὐτοῦ ὡς ἄγροικον λέγων ἐνέπαιζεν. ὁ δὲ Ντεμίρης ἀκούσας ὑπὸ τοῦ πρέσβεως τὰ ὅσα ἐφθέγξατο κατὰ τούτου ὁ ἀμηρᾶς, καὶ τὴν κενοδοξίαν αὐτοῦ εἰδὼς ἐθυμώθη, καὶ πάντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ συναθροίσας κατ᾽ αὐτοῦ βαδίζων ἦν. ὡς δὲ ἤκουσε καὶ ὁ Μπαγιαζήτης, τὰς αὐτοῦ δυνάμεις συναθροίσας μετὰ σπουδῆς εἰς συνάντησιν τοῦ Ντεμίρη ἦν ἐρχόμενος ἀνδρείως καὶ θαρσαλέως μετὰ μεγάλης ψυχῆς. ὑπῆρχε δὲ ὁ στρατὸς τοῦ ἀμηρᾶ χιλιάδες πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, τοῦ δὲ Ντεμίρη χιλιάδες ἦσαν ὀκτακόσιαι καὶ εἴκοσι· καὶ πάλιν ἡ μεγαλοψυχία τοῦ Μπαγιαζήτου εἰς οὐδὲν τὸν Ντεμίρην ἐλογίζετο. φθάσαντες τὰ στρατεύματα εἰς τὰ μέρη τῆς Φρυγίας συνήντησαν, καὶ ὁ πόλεμος καὶ ἡ σύνταξις καὶ ἡ συμπλοκὴ μεγάλη ἐγεγόνει. τέλος οἱ τοῦ Μπαγιαζήτη εἰς φυγὴν ἐτράπησαν· καὶ ἐν τῷ φεύγειν αὐτοὺς πολλοὺς πιάσαντες, οἷς οὐδὲν ἕτερον ἀνιαρὸν ἐποίουν εἰ μὴ μόνον τὰ ἱμάτια καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν ἦρουν καὶ γυμνοὺς ἀπέλυον. καὶ ἐν τῷ φεύγειν καὶ τὸν Μπαγιαζήτην πιάσαντες καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μωσῆν καὶ ἑτέρους πολλοὺς ἄρχοντας τῆς αὐλῆς αὐτοῦ πρὸς τὸν Ντεμίρην ἤγαγον. καὶ ὁ Ντεμίρης ἐπλήσθη χαρᾶς διὰ τὴν νίκην, καὶ λέγει τῷ Μπαγιαζήτῃ

10. μεγαλοψυχίας P   15. συνηντήθησαν P

gionis isto modo agere, eumque cohortabatur, ut suam cuique satrapiam restitueret, si se amicum sibi vellet. ameras, homo inexplebili avaritia et habendi cupiditate, idemque vehemens et praeceps, orationem legati nihili aestimavit, et Demirem, dominum eius, ludificans rusticum appellavit. Demires, quum audisset ex legato, quae in se dixisset ameras, eiusque nosset ambitionem, ira incensus, collectis omnibus copiis suis, adversus eum castra movit. re comperta, etiam Baiazetes, confestim suis collectis copiis, Demiri strenue et fortiter confidenterque obviam proficiscitur. constabat amerae exercitus centum et quinquaginta millibus: Demiris octingenta et viginti millia erant: at confidentia Baiazetis nihili faciebat Demirem. quum in Phrygiam ab utrisque ventum esset, concurrerunt exercitus magnumque ortum est proelium. tandem Baiazetis exercitus in fugam conversus est: in qua multi capti sunt, quibus nihil aliud molestiae factum, nisi quod vestibus et armis nudati dimittebantur. ipse Baiazetes cum uxore et filio Mose aliisque multis aulae suae proceribus comprehensus, ad Demirem adductus est. qui propter victoriam, quam repor-

"κακὴ κεφαλή, διὰ τί τὰς ὀρέξεις τὰς κακὰς τῆς σῆς γνώμης οὐκ ἐκυβέρνησας, ἵνα μὴ εἰς τοῦτο ἔλθῃς; οὐκ οἶδας ὅτι οὐδεὶς δύναται τῷ ἐμῷ στρατῷ ἀντιστῆναι;" εἶτα θαυμάζων ὁ Ντεμίρης τὴν βασιλικὴν παρασκευὴν τοῦ Μπαγιαζήτου καὶ ὡραίαν καὶ τὰς σκηνὰς ἐκείνας τὰς θαυμαστάς, τὰ τοσαῦτα ὄρνεα καὶ κύνας κυνηγετικοὺς οὓς εἶχε, λέγει πάλιν αὐτῷ "εἰπέ μοι, ὦ σαλὲ καὶ παράφρων, τίς ἡ ὠφέλεια τῆς μεγάλης σου κενοδοξίας μετὰ τοσαύτης παρασκευῆς;" ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Μπαγιαζήτης λέγει τῷ Ντεμίρῃ "οἶδα καλῶς, διὰ τὸ εἶναί σε ἄγροικον Σκύθην καὶ ἐξ ἀσήμου γένους, ὅτι αἱ βασιλικαὶ παρασκευαὶ οὐκ ἀρέσουσί σοι, διότι οὐδέποτε ταῦτα ἔπρεπόν σοι· ἐγὼ γὰρ ὡς υἱὸς τοῦ Ἀμουράτη καὶ ἔγγονος τοῦ Ὀρχάνου καὶ δισέγγονος τοῦ Ὀτθμάνου καὶ τρισέγγονος τοῦ Ἐρτογρούλη, καὶ ταῦτα καὶ πλείονα πρέπον μοί ἐστι ποιεῖν καὶ ἔχειν." ὁ δὲ Ντεμίρης ἀκούσας τοὺς αὐθάδεις λόγους τοῦ Μπαγιαζήτου, θυμωθείς, κουβούκλιον ἐκ σιδήρου ποιήσας ἔσω αὐτὸν ἐνέβαλε καὶ μετ' ὀλίγον αὐτὸν ἀπέκτεινε, βασιλεύσας ἔτη ἓξ πρὸς τοῖς εἴκοσι, ζήσας δὲ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ μῆνας ὀκτώ.

27. Τοιουτοτρόπως οὖν τῶν πραγμάτων, ὡς εἰρήκαμεν, ἐλθόντων, καὶ τοῦ ἀμηρᾶ Μπαγιαζήτου αἰχμαλωτισθέντος, εἰς ἀταξίαν καὶ κίνδυνον μεγάλον ἡ τῶν Ὀτθμανλίδων βασι-

20. 27.] περὶ τῶν συγχύσεων τῶν γινομένων διὰ τὸν τοῦ Μπαγιαζήτου θάνατον ἀναμέσον (ἀνὰ P) τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἄλλα τινά (ἄλλων τινῶν P) M et, qui caput numerat κγ', P

taverat, laetitia exsultans, Baiazetem allocutus, "homo nequam, inquit, cur pravis animi tui cupiditatibus non imperasti, ne huc devolverere? an nescis, meis copiis neminem parem esse?" deinde regium eius ornatum et elegantiam, et tentoria illa eximia tantamque avium et canum venaticorum multitudinem miratus, rursus "dic mihi, inquit, homo turbulente et excors, qui est fastus tui cum tanto apparatu fructus?" tum ille: "bene novi, non placiturum tibi, ut agresti Scythae et ex obscuro genere oriundo, apparatum regium, qui nunquam te decuit. at me decet, Amuratis filium et Orchanis nepotem et Osmanis pronepotem et Ertogrulis abnepotem, haec et plura facere atque habere." sermonis insolentia iratus Demires, caveam ferream fabricari iussit, in quam eum coniectum paulo post occidit. regnaverat annos sex et viginti, captivus fuerat menses octo.

27. Rebus sic transactis, ut exposuimus, et Baiazete capto, in perturbationem et magnum discrimen Othmanidarum imperium incidit propter dissidia quaedam et bella inter filios eius enascentia,

λεία ἐνέπεσε διά τινας διαφορὰς καὶ πολέμους τῶν υἱῶν τοῦ Μπαγιαζήτου, οἳ ὡς ἤκουσαν περὶ τοῦ θανάτου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ἠγωνίζοντο ἵνα ἕκαστος τῆς βασιλείας τῆς πατρικῆς κύριος γένηται. καὶ περάσαντες εἰς τὴν Εὐρώπην οἱ τέσσα- 20 ρες αὐτάδελφοι, διὰ τὸν Μωσῆν ὡς εἰρήκαμεν αἰχμάλωτον μετὰ τοῦ πατρὸς ἐναπομείναντα, Ἰωσούφ, ὡς εἴπομεν, φωτισθεὶς τῇ αἴγλῃ τοῦ ἁγίου πνεύματος Χριστιανὸς ἐγεγόνει, οἱ δὲ ἕτεροι ἀναμέσον διεφέροντο, καὶ μάχης γενομένης τὰ τοῦ Ἰεσσαὶ ὀλίγον καιρὸν ὑπερίσχυσε. καὶ φιλίαν μεγάλην ἔχων μετὰ τοῦ βασιλέως κὺρ Μανουὴλ καὶ στρατὸν συναθροίσας κατὰ τοῦ ῥηγὸς Οὐγγαρίας ἐλθὼν οὐδὲν κατώρθωσε. καὶ κατὰ τοῦ δεσπότου Σερβίας ἐλθὼν οὐδὲν αὐτῷ χρήσιμον ἐγεγόνει. καὶ περάσας ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἵνα ἔλθῃ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ Μουσουλμάνου, καὶ εἰς τὰ μέρη τῆς Καππαδοκῶν ἐπαρχίας συναντήσαντος ἐκείνου Ἰεσσαὶ ἡττηθεὶς ἔφυγε, καὶ ἐν τῷ φεύγειν πιάσαντες αὐτὸν προσήγαγον τῷ ἀδελφῷ· ὁ δὲ ἐναπέπνιξεν αὐτὸν σταθεὶς ἐν τῇ ἀρχῇ μῆνας . . . (28.) καὶ ὁ Μουσουλμάνος ἐγκρατὴς γενόμενος τῆς ἀρχῆς, ὁ Ντεμίρης ἔπειτα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Μωσῆν ἠλευθέρωσεν, ὃς περάσας κρυφῶς ἦλθεν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, καὶ ὁ δεσπότης Σερβίας χεῖρα ἱκανὴν δώσας καὶ βοηθήσας αὐτῷ, λέγω τῷ Μωσῇ, ἐγκρατὴς κατὰ τῆς Εὐρώπης ἐγεγόνει. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Μουσουλμάνος ἐν τῇ Ἀσίᾳ περάσας διὰ τῆς πόλεως

1. τινας ἀφορμὰς διαφοράς τε P 6. ἐναπομεῖναι P 17. ἐστάθη P. post μῆνας Alterus add ὀλίγους 18. ἀρχῆς ἦν τότε. ἔπειτα ὁ Ντ. P

qui, audita morte patris, pro se quisque nitebantur, ut regno paterno potirentur. transeunt in Europam fratres germani quatuor: Mosem enim captivum fuisse cum patre, monuimus: diximus etiam, Iosuphum, spiritus sancti lumine impletum, Christianum factum esse. reliqui inter se dissidebant. proelio facto, arma Iesses aliquamdiu praevalebant. is, arcta amicitia cum imperatore Manuele coniunctus, collectis copiis, adversus Hungarorum regem profectus est, nec tamen quidquam egit; nec Serviae despotam aggresso, expeditionis fructus constitit: et, quum in Asiam traiecisset, Musulmanum fratrem adorturus, in Cappadocum finibus cum eo congressus, fugatus est et, in fuga comprehensus, ad fratrem adductus, qui eum strangulari iussit, imperio potitum menses . . . . . . (28.) regno a Musulmano occupato, Demires Mosem, fratrem eius, liberum dimisit, qui clam in Europam transgressus et a despota Serviae sufficiente manu instructus et adiutus, ea parte superior fit. hoc quum primum Musulmanus, frater eius, in Asia accepit, in Europam traiecit, ut per Byzantium fratri obviam

ἐλθεῖν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ φιλίαν μεγάλην μετὰ τοῦ βασιλέως ἔχων, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ δεσπότου τοῦ κὺρ Θεοδώρου δώσας αὐτῷ εἰς γυναῖκα, ἡμέρας ὀλίγας ἐν τῇ πόλει διατρίψας ἐξῆλθε κατὰ τοῦ Μωσῆ. καὶ πολέμου γεγονότος ὁ Μουσουλμάνος ὑπὸ τοῦ Μωσῆ ἐνικήθη, καὶ πιασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐθανατώθη. (29.) καὶ ὁ Μωσῆς γενόμενος τῆς ὅλης ἀρχῆς κύριος στόλον ἡτοίμασε διὰ θαλάσσης καὶ στρατὸν διὰ ξηρᾶς ἐλθεῖν κατὰ τῆς πόλεως. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων, Ῥωμαϊκὸν στόλον ἑτοιμάσας καὶ οἰκονομήσας, δρουγγάριον καταστήσας Μανουὴλ τὸν νόθον ἀδελφόν, καὶ ἐγγὺς τῆς νήσου τῆς λεγομένης Πλάτης οἱ στόλοι συναντηθέντες, ὁ τοῦ Μωσῆ στόλος ἐσφάλη, καὶ μέρος μέν τι κατεποντίσθη μέρος δὲ ἐβυθίσθη, καὶ τὰ ἐναπολειφθέντα πάνυ ὀλίγα πλοιάρια κακῶς ἔφυγον, καὶ ἡ νίκη Ῥωμαίοις ἦν. καὶ ἐκ τῆς ξηρᾶς τὰ ὅμοια ὁ Μωσῆς ἔπαθεν. ἀκούων ταῦτα ἀνεχώρησε μετὰ αἰσχύνης. καὶ αὖθις ὁ βασιλεὺς μεθοδεύων μηχανὰς ἵνα παντελῶς νικήσῃ τὸν Μωϋσῆν, στείλας ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔφερε τὸν τοῦ Μουσουλμάνου υἱὸν Ὀρχάνην καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αὐθέντην ἐπέβαλε. καὶ πολέμου γεγονότος τὰ τοῦ Ὀρχάνου ἐσφάλησαν, ἐπιβουλευθέντος παρὰ τοῦ κυβερνήτου καὶ πρώτου βεζίρη αὐτοῦ Σαμπάνη, καὶ πιάσας αὐτὸν ὁ Μωσῆς ὁ θεῖος αὐτοῦ ἐτύφλωσε. Μεεμέτης δὲ ὁ ὑστερογενὴς υἱὸς τοῦ Μπαγιαζήτου διὰ τὸ εἶναι ἐκ πάντων νεώτερος καὶ ὑπὸ τῶν

5. πιάσας αὐτὸν ἐθανάτωσεν P 22. μεχεμέτης P

iret; et, quoniam eum non vulgaris amicitia cum imperatore coniungebat, isque Theodori despotae filiam ei dederat in matrimonium, dies aliquot in urbe commoratus, contra Mosem movit. proelio commisso, Musulmanus a Mose devictus, captus et necatus est. (29.) Moses, universo regno potitus, classem adornat, qua mari, exercitum, quo terra urbem aggrederetur. qua re comperta, imperator quoque Romanorum classem parat et instruit, cui drungarium praefecit Manuelem, fratrem nothum. ad Platen insulam classes sibi occurrunt: naves Mosis devictae, partim demersae, partim captae sunt: pauca admodum navigia, quae restabant, turpiter fugerunt: victoria penes Romanos stetit. similem in terra cladem Moses accepit. haec ubi audiit, cum ignominia recessit. imperator denuo excogitatis artibus, quibus prorsus devinceret Mosem, missis in Asiam legatis, Orchanem, Musulmani filium, arcessivit et in Europa dominum constituit. at collatis signis, succubuit Orchanes, a duce suo et primario veziro Sabane proditus. captum Moses patruus oculis privavit. Mehemetes autem, filius Baiazetis natu minimus, fratrum omnium metu, cum quodam artifice arcuario in locum quendam aufugit, ubi mercenarius vixit, ne

ἀδελφῶν πάντων φοβούμενος φυγὼν ἦλθεν ἔν τινι τόπῳ μετά τινος τεχνίτου τοξοποιοῦ, καὶ ἐκεῖ μισθωτὸς ἐγένετο, ἵνα μὴ γνωσθῇ τοῖς ἀδελφοῖς· ἀνδρυνθεὶς δὲ τῇ ἡλικίᾳ ὀλίγον μετὰ τοιαύτης κακουχίας, θεωρῶν οὕτως ἔχοντα τὰ πράγματα, καὶ αὐτὸς τῇ τῆς τύχης φορᾷ χρησάμενος ταῦτα συλλογίζεται καὶ πρὸς τὸν ἀμηρᾶν Καραμάνον ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ἔρχεται βοήθειαν αἰτῶν. καὶ ὁ ἀμηρᾶς Καραμάνος δεξάμενος αὐτὸν ἡδέως B καὶ χεῖρα δώσας ἐξῆλθεν οὗτος κατὰ τοῦ αὐταδέλφου Μωσῆ. πρώτης καὶ δευτέρας μάχης γενομένης ὁ τοῦ Μωσῆ στρατὸς ὑπερίσχυσε καὶ ὁ Μεεμέτης καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ διεσκορπίσθησαν. ἐκ τρίτου δὲ τὴν τύχην λογισάμενος δοκιμάσαι, πρὸς τὸν τῆς Σερβίας καὶ Βουλγαρίας αὐθέντην καὶ πρὸς τὸν βασιλέα ἐλθὼν βοήθειαν αἰτῆσαι παρ' αὐτῶν, καὶ δώσαντες αὐτῷ χεῖρα ἱκανὴν καὶ στρατὸν ἐξῆλθεν αὖθις κατὰ τοῦ Μωσῆ· καὶ μάχης γενομένης ὁ Μεεμέτης ἀπατήσας μετὰ χρημάτων πολλοὺς τῶν πρώτων στρατηγοὺς καὶ κυβερνήτας τοῦ Μωσῆ, ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον πρὸς τὸν Μεεμέτην. ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν καὶ αὐτὸς εἰς φυγὴν ἐτράπη καὶ ἐλθὼν ἔν τινι τόπῳ ὑλώδει ἐκρύβη· ὃν εὑρών τις στρατηγὸς τοῦ Μεεμέτη ἐκεῖ ἀπέπνιξε προστάξει τοῦ αὐθέντου αὐτοῦ. ἐστάθη οὖν ἡ αὐτὴ βασιλεία κινδυνεύουσα διὰ τὰς διχονοίας τὰς ἐν ἀλλήλοις τοῖς τέσσαρσιν ἀδελφοῖς ἔτη τρία καὶ μῆνας δύο, (30.) Μεεμέτης δὲ ἐγκρατὴς πάσης τῆς ἀρχῆς καὶ βασιλείας τῆς

2. καὶ ἐκεῖ om P 5. λογίζεται P 17. μεχεμέτην, ὁ δὲ μεχεμέτης ὑπερίσχυσεν. ἰδὼν δὲ P, omissis καὶ αὐτὸς 22. τέσσαρσιν om P 30.] περὶ τοῦ μεεμέτου P, qui alias μεχεμέτης, περὶ τῆς βασιλείας Μεεμέτη M.

fratribus innotesceret. aetate paulo grandior factus in vili hac conditione, quum rerum statum considerasset, ipse quoque fortunae se permisit, et ad Caramanum ameram in Cappadociam confugiens, eius auxilium implorat: amice ab eo receptus et instructus copiis, adversus Mosem fratrem proficiscitur. atque e primo quidem et secundo proelio Mosis exercitus superior discessit, Mehemetes eiusque exercitus fugati sunt; sed tertium fortunam experiendam esse ratus, principem Serviae et Bulgariae et imperatorem adiit eorumque imploravit opem, atque acceptis ab iis copiis idoneis, denuo adversus Mosem duxit. proelio inito, e primariis multi duces centurionesque Mosis, pecunia a Mehemete corrupti, illo relicto, ad hunc transfugiunt. hoc quum animadvertisset Moses, in fugam et ipse conversus, in loco silvoso delituit, sed a duce quodam Mehemetis repertus, huius iussu suffocatus est. versata igitur in discrimine fuerat huius imperii salus propter intestinas quatuor fratrum discordias annos tres et menses duos, (30.)

πατρικῆς μετὰ τοσούτων κόπων καὶ ὀδύνων γέγονεν ἐν ἔτει ,ςϡζ, ἰνδικτιῶνος γ΄.

Πρῶτον μὲν ἔργον μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἀρχὴν ἐποίησε τοῦτο. τὰ τέλη τῆς Μολδοβλαχίας καὶ Μπογδανίας, ὅσον ἦν δυνατόν, ἐβάρυνε, καὶ πᾶσαν χώραν καὶ τόπον ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐν οἷς οἱ Σκύθαι ἐγίνοντο ἐγκρατεῖς μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ πατρός, πάλιν μετ' ὀλίγον ὑφ' ἑαυτὸν ἀπεκατέστησε· καὶ τοὺς ὁμοφύλους καὶ ὁμοπίστους αὐθέντας οὓς ὁ πατὴρ ἐξέωσε τῆς ἀρχῆς καὶ ὁ Ντεμίρης ἐλθὼν πάλιν μετέδωκεν αὐτοῖς, οὗτος νόμῳ πολέμου αὖθις ἐδίωξε, τὴν Γαλατίαν Καππαδοκίαν τε καὶ Πόντον καὶ ὅσα τῆς ἄνωθεν Ἀσίας ἐκέρδησε. τὸν Ἰσμαὴλ ἀμηρᾶν τοῦ Σινωπίου ὑποτελῆ ἐποίησε, καὶ ἀπὸ Λυδίας ἕως Αἰολίδος καὶ ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον κύριος ἐγένετο, καὶ μετὰ τῆς γερουσίας τῶν Ἑνετῶν μάχην ποιήσας. ὁ οὖν τῶν Ἑνετῶν στόλος εἶχεν ναυάρχην τὸν Πέτρον Λορδᾶν· καὶ ἄμφω οἱ στόλοι συναντηθέντες, λέγω τῶν Ἑνετῶν καὶ τοῦ ἀμηρᾶ, ἀναμέσον Προικονήσου καὶ Καλλιουπόλεως, καὶ ναυμαχίας γενομένης πολλαὶ τριήρεις καὶ νῆες τῶν Τούρκων κατεποντίσθησαν· μετὰ δὲ ταῦτα ἀγάπην ἐποίησαν. ἠγάπα δὲ τὸν βασιλέα κὺρ Μανουὴλ οὗτος ὁ ἀμηρᾶς καὶ τοὺς ἑτέρους αὐθέντας Χριστιανοὺς τοὺς ἐγγὺς τῶν ὁρίων αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν τε-

7. ὀλίγον καιρὸν ὑφ' M 16. ὁ Λορδᾶς Λαυρεδανὸς λέγεται τῇ τῶν Λατίνων διαλέκτῳ. Pachomius in marg. M. Λαουρεδάνον P 20. τὸν κύριον M

atque Mehemetes universi regni et imperii paterni cum tantis aerumnis et molestiis potitus est anno 6907, indictione 3.

Primum post susceptum imperium opus hoc edidit. Moldoblachiae et Bogdaniae tributa quam poterat gravissima imperabat, et quidquid regionum in Asia Scythae, capto eius patre, occupaverant, brevi intervallo recepit, atque suae gentis ac religionis principes eos, quos a patre sedibus expulsos Demires restituerat, de integro eiecit, et Galatiam, Cappadociam, Pontum totamque Asiam superiorem in potestatem suam redegit, Ismaëlem, Sinopes ameram, vectigalem fecit, et a Lydia ad Aeolidem usque et Mysiam, quae est in Hellesponto, dominabatur, etiam cum Venetis proelio conflictatus, quorum classi Petrus Lordan praeerat. quum ambae classes, Venetorum et amerae, inter Proconnesum et Calliopolim essent congressae et pugna commissa, multae Turcarum naves et triremes depressae sunt. deinde pax inter eos composita. amice hic ameras amplectebatur imperatorem Manuelem et reliquos principes Christianos sibi vicinos, et moribundus Amuratae filio mandavit, ut is quoque

λευτῶν τῷ υἱῷ Ἀμουράτῃ παρήγγειλεν ἵν' ἔσηται φίλος καὶ βοηθὸς τῷ βασιλεῖ κὺρ Μανουήλ. οὗτος πρῶτος ἐν τῇ Ἀδριανουπόλει τὴν καθέδραν ἐποίησεν, ἣν οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐν τῇ Προύσῃ εἶχον. ὑπῆρχε δὲ λίαν φιλόδωρος καὶ τοῖς φίλοις ἄριστος· ὁμοίως δὲ τοῖς ἐχθροῖς ἕως τέλους ζωῆς χαμηλοειδῶς διέκειτο, καὶ πάντοτε νέα ἐφευρήματα καὶ μηχανὰς γυρεύων, ἵνα βλάπτῃ καὶ ἀφανίζῃ τοὺς κακῶς διακειμένους μετ' αὐτοῦ. ἀπέθανε δὲ βασιλεύσας ἔτη δέκα καὶ ἑπτά.

31. Ἀποθανόντος οὖν τοῦ ἀμηρᾶ Μεεμέτη καὶ Κυρίτζη ὀνομαζομένου, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀμουράτης ἐλθὼν τὴν ἀρχὴν
.21 διεδέξατο ἐν ἔτει ,ϛϠκδ', ἰνδικτιῶνος η', καὶ τοῦ φθινοπώρου ἱσταμένου οὐκ ἠρέμησε διὰ τὸν χειμῶνα, ἀλλὰ τὸν στρατὸν αὐτοῦ συνάξας ἔρχεται κατὰ τοῦ θείου αὐτοῦ Μουσταφᾶ, καὶ νικήσας αὐτὸν ἐθανάτωσε. καὶ εὐθὺς μετὰ τὴν νίκην καὶ τὸν Μιχαήλ-μπέην στείλας, ἐλθὼν τὴν πόλιν ἀπέκλεισε. ἡ αἰτία ἦν ὅτι τῷ Μουσταφᾷ, ὡς ἔμπροσθεν εἰς πλάτος ῥηθήσεται, οἱ βασιλεῖς ἐβοήθουν. εἶτα καὶ αὐτὸς ἐλθὼν καὶ οὐδὲν κατορθώσας ἀγάπην μετὰ τῶν βασιλέων ἐποίησε, μεσιτευσάσης τῆς κυρᾶς Μάρως τῆς μητρυιᾶς αὐτοῦ. εἶτα ἔρχεται κατὰ τῆς Θεσσαλονίκης κρατουμένης οὔσης ὑπὸ τῶν Ἑνετῶν· ἣν πολιορκήσας καὶ ἀποκλείσας ἔλαβε. καὶ ἐκ τῆς Οὐγγαρίας μέρος οὐκ ὀλίγον ἐδούλωσε, καὶ μάχην ποιήσας

5. ἕως τέλους ζωῆς om P 6. γυρεύων] ζητῶν P 9. 31.] περὶ τῆς βασιλείας Ἀμουράτη M, περὶ τῆς τοῦ ἀμουράτου βασιλείας P, novum caput non exorsus. 15. ἐλθεῖν P 22. οὐγκρίας μέρος ἔλαβε καὶ ἐδούλωσεν οὐκ ὀλίγον P

amicus et socius esset Manueli. idem primus Adrianopoli sedem regiam collocavit, quam maiores eius Prusae habuerant erat munificentissimus et sicut in amicos liberalissimus, ita hostibus usque ad finem vitae infensissimus, semperque novarum artium machinarumque studiosus, quibus male erga se animatis damnum atque interitum afferret. mortuus est anno regni decimo septimo.

31. Mortuo Mehemete amera, qui cognominatur Cyritzes, Amurates, eius filius, imperium capessivit, anno 6924, indictione 8. autumno ineunte, ut quiesceret, instante hieme commoveri non poterat, sed, collecto exercitu, patruum Mustapham aggressus est, victumque occidit. ac statim post eam victoriam praemisso Cpolim Michael-bego, ipse supervenit eamque urbem obsedit: cuius rei causa erat, quod Mustaphae, ut postea fusius dicetur, imperatores auxilium tulerant. verum quum nec ipse quidquam proficeret, amicitiam cum imperatoribus composuit, conciliante Maro domina, eius noverca. inde Thessalonicam, Venetis tum subiectam, aggressus est eamque obses-

μετὰ τοῦ ῥηγὸς Λαδισλάου αὐτὸν ἐνίκησεν. ἐλθὼν δὲ κατα τῶν Βλάχων καὶ Μολδοβλάχων οὐδὲν κατώρθωσεν, ἀλλὰ ζημιωμένος ἐπανέστρεψεν. εἶτα αὖθις δεύτερον στρατεύει κατ' αὐτῶν· καὶ οἱ Βλάχοι εἰς βοήθειαν τοὺς Οὐγγάρους προσκαλεσάμενοι, καὶ πολέμου γενομένου ἡ νίκη τῷ ἀμηρᾷ ἦν καὶ αὐτοὶ διεσκορπίσθησαν φεύγοντες. λέγουσι δὲ ὅτι ἀπέθανον ἐν ἐκείνῃ τῇ μάχῃ πλεῖον ἢ τριάκοντα χιλιάδες Οὔγγαροί τε καὶ Βλάχοι, Τοῦρκοι δὲ πάνυ ὀλίγοι. τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου μέρος καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνοὺς Θῆβάν τε καὶ Ἀθῆναν καὶ πᾶσαν Βοιωτίαν καὶ Ἑλλάδα καὶ Ἰοάννινα ἐδούλωσε πολέμῳ, καὶ τὸν τῆς Καισαρείας ἀμηρᾶν εἰς τέλος ἐνίκησε καὶ ἠφάνισε, καὶ κύριος τῆς ἀρχῆς ὅλης ἐκείνης ἐγένετο, ἄχρις δέ τινων φρουρίων, ἃ ἦσαν ἔν τισιν ὄρεσιν ὑψηλοτάτοις, ἔνθα ἦλθεν ὁ Καραμάνος καὶ τὴν κατοίκησιν ἐποιεῖτο. καὶ ὁ ῥὴξ Λαδισλάος ὁμοφωνήσας μετά τινῶν ἑτέρων αὐθέντων Χριστιανῶν ἔρχεται αὖθις κατὰ τοῦ Ἀμουράτου, καὶ ἕως τῆς πόλεως Βάρνης φθάσαντες καὶ ἐκεῖ μετὰ τοῦ ἀμηρᾶ συναντηθέντες, ἐξ ἀγνωσίας ὁ Λαδισλάος ἐσφάλη· καὶ νικήσας αὐτὸν ἀπέκτεινε καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ διεσκέδασεν. εἶτα ἐξέρχεται κατὰ τῆς ἄνω Μυσίας, καὶ πολὺ μέρος ὑποτελὲς

4. οὔγκρους P, qui sic ubique 7. πλείονες P 10. Ἰωνίαν M 13. ἄχρις δὲ] πλὴν P ἔν τίνοις M ὄρεσι] τόποις ὑψηλοῖς P 15. λασδιλάος M et h. l. et mox 16. καὶ om P 17. φθάσαντες om P ἀμουράτου P

sam oppugnatamque in potestatem suam redegit. etiam Hungariae partem non exiguam sibi subiecit ac, proelio cum Ladislao rege conserto, superior discessit. contra Blachos autem et Moldoblachos profectus, successu caruit, imo cum detrimento recessit. mox iterum in eos ducit: Blachi Hungaros subsidio vocant; sed conserta manu, victoria penes ameram est, illi dissipati fugiunt. in ea pugna Hungarorum Blachorumque amplius triginta millia, Turcarum perpaucos cecidisse dicunt. partem veteris Epiri, Aetolos, Acarnanes, Thebas, Athenas, totam Boeotiam, Helladem et Iohannina bello sibi vindicavit, atque ameram Caesareae postremum devicit delevitque, et universa illa ditione potitus est, exceptis quibusdam castellis, quae in montibus altissimis erant, ubi sedem collocaverat Caramanus. Ladislaus rex, cum aliis quibusdam principibus Christianis foedere iunctus, denuo contra Amuratem suscepit expeditionem, sed Varnam usque progressus ibique cum amera proeliatus, imperitia rei bellicae rem male gessit. namque certamine devictus et occisus, exercitusque eius dispersus est. iam Amurates Mysiam superiorem ingressus, magnam eius partem sibi vectigalem fecit, ac Bosnam et Iohannem Castriotam plane

ἐποίησε, καὶ τὴν Μπόσναν καὶ τὸν Καστριώτην Ἰωάννην εἰς ἄκρον ἐδούλωσεν. οὗτος πρῶτος τοῖς ἰαννιτζάροις τὰ προνόμια ἃ ἔχουσιν ἐχαρίσατο, καὶ εἰς τάξιν ἣν ἕως τῆς σήμερον ἔταξε πορεύεσθαι· παλαιόθεν μὲν τὸ αὐτὸ τάγμα ἑτέρας συνηθείας καὶ τάξεις καὶ ἐνδύματα εἶχον. καὶ γυναῖκας μὴ λαμβάνειν ἔταξεν, ἵνα μὴ ἀσχολῶνται διὰ γυναικῶν καὶ παίδων τροφὰς καὶ φροντίδας, ἀλλὰ μετὰ προθυμίας ἐν τῷ πολέμῳ πάντοτε ἀμερίμνως ἔσωνται, καὶ υἱοὺς αὐτοῦ καλεῖσθαι ἐκέλευσε. ὑπῆρχε δὲ εἰς τοὺς ὑπηκόους αὐτοῦ πάνυ δίκαιος, προθεωρῶν τὰ ἐρχόμενα. οὐδένα ἀδικεῖν ποτὲ τοὺς σατραπῶν καὶ κριτῶν πάντας μᾶλλον ἐπρόσταττε· καὶ ἐάν τις τὸ πρόσταγμα μικρὸν παρέβαινε, χωρίς τινος συμπαθείας κεφαλικῶς αὐτοὺς ἐπαίδευεν. ἦν δὲ ἐν ταῖς μάχαις ῥιψοκίνδυνος, καὶ ἡ τύχη πάντοτε αὐτῷ ἐβοήθησεν. ὕστερον ἐφάνη αὐτῷ δερβίσης γενέσθαι ἤγουν μοναχός, καὶ ἐν τῇ Προύσῃ περάσας ἐγένετο, καὶ ζῶν ἔτι τῷ υἱῷ Μεεμέτῃ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ βασιλείαν ἔδωσε, βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ τέσσαρα.

32. *Ἐλθούσης δὲ πάσης τῆς ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας ἐπὶ*
B *τὸν Μεεμέτην ἐν ἔτει ͵ςϡνη΄, ἰνδικτιῶνος ιδ΄, διὰ τὸ εἶναι*

1. *Πόσναν καὶ τὸν καστηλιώτην* P, *στρατιώτην* margo 3. *ἃ — σήμερον* om P 11. *ἐπρόσταζε* P 12. *τις μικρὸν τὰ πράγματα* P 15. *τιρβίσης περάσας ἐν τῇ προύσῃ ἐγένετο ἤγουν μοναχός, καὶ ζῶντος αὐτοῦ τῷ* M 18. 32.] *λβ΄* om P. *περὶ τῆς βασιλείας Μεεμέτη* (*μεεμὲτ* P) *βασιλέως τῶν Τούρκων τοῦ τὴν πόλιν λαβόντος* (*τοῦ καὶ τὴν πόλιν ἁλώσαντος* P) MP 19. *μεχεμὲτ* P

sibi subiecit. idem primus ianitzaris iura, quae illi habent, praecipua impertivit, eosque eo, quo etiam hodie utuntur, exercitio uti iussit. antiquitus enim eius legionis aliae consuetudines, alia exercitia, alia vestimenta erant. vetuit eosdem matrimonia contrahere, ne detinerentur uxorum liberorumque cura et victu, sed alacri et soluto semper animo in militia versarentur, voluitque eosdem filios suos appellari. in subiectos egregie iustus, et futuri intelligens erat; severe satrapis et iudicibus omnibus edicebat, ne cuiquam iniuriam facerent; quod edictum si quis vel minime violasset, nulla misericordia prohibebatur, quominus eum capite mulctaret. in proeliis se obiiciebat periculis, atque nunquam non favit ei fortuna. postremo ei visum est, ut derbises sive monachus fieret. itaque Prusam profectus, derbises factus est concessitque adhuc vivus Mehemeti filio regnum et omnem auctoritatem regiam, postquam ipse functus est imperio annos triginta quatuor.

32. Translato Mehemeti regno omnique potestate regia anno 6958, indictione 14, quoniam is admodum adolescens erat, quidam

αὐτὸν πάνυ νέον τινὲς τῶν γηραιῶν βεζιρίδων ἔλεγον τῷ Ἀμουράτῃ ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἐμπιστευθῆναι τὴν τοσούτην ἀρχὴν ἔτι τῷ υἱῷ, ἵνα μὴ οἱ τῆς νεότητος καπνοὶ τὴν βασιλείαν κινδυνεῦσαι ποιήσωσιν. ὁ οὖν Μεεμέτης ταῦτα αἰσθανόμενος ἐμαίνετο κατ' αὐτῶν, καὶ πολλοὺς ὕστερον ἐθανάτωσε, καὶ παιδαριογέρων ἐν ταῖς μάχαις καὶ ταῖς διοικήσεσιν εἰς ἄκρον ἐγένετο. ἦν δὲ ὁ νέος δραστικὸς καὶ δεινὸς κατὰ πάντα, τοὺς ἐναρέτους καὶ σοφοὺς ἄνδρας ἀγαπῶν· καὶ αὐτὸς οὐκ ἀμέθεκτος ἦν σοφίας, καὶ τὴν τέχνην τῆς ἀστρολογίας οὐκ ὀλίγον γευσάμενος ἀναγινώσκειν ἀεὶ ἠγάπα. τά τε κατορθώματα καὶ βίους Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος καὶ τοῦ Ὀκταβίου Καίσαρος, Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου τοῦ καὶ Φλαβίου καὶ Θεοδοσίου τοῦ ἐξ Ἱσπανίας βασιλέως Κωνσταντινουπόλεως ἀνεγίνωσκεν, αἰτῶν καὶ ἐρευνῶν μηχανὰς ἵνα τοὺς πάντας ὑπερβῇ καὶ τὰ ὅρια τῆς βασιλείας αὐτοῦ εἰς ἄκρον αὐξήσῃ· ὃ καὶ ἐποίησεν. ἀκούσας οὖν περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ἀμουράτη ὁ Καραμάνος Ἀλισούριος ἐκ τῶν ὀρέων καταβὰς πολὺν τόπον ἑαυτῷ περιεποιήσατο. ὁ δὲ νέος αὐθέντης ὁ Μεεμέτης στρατὸν ἑτοιμάσας ἔρχεται κατ' αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ φυγὼν πάλιν εἰς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων διήρχετο, ἕως οὗ μετά τινα καιρὸν παντελῶς ἠφανίσθη. μετὰ δὲ τὸ διωχθῆναι τὸν Καραμάνον περάσας ἐν τῇ Καλλιουπόλει καὶ εἰς Ἀνδριανούπολιν

2. ἔστι δίκαιον P 4. ἐχθρὸς ἐγένετο P 13. ἀνεγίνωσκεν om P

seniores vezires Amuratem monuerunt, licitum non esse, tantam regni molem iam tum committi filio, ne spiritus iuveniles regno excitarent pericula. Mehemetes haec ubi sensit, ira furebat, multosque de his veziribus postea interemit, in rebus tum domesticis tum bellicis administrandis sapientiam plane senilem praestans. erat impiger et acer in rebus omnibus, atque amore amplectebatur homines virtutis et litterarum studiosos; nec ipse rudis erat litterarum, et in disciplina astrologica progressus non mediocres fecerat; assidua lectione occupatus, res gestas et vitas Alexandri Macedonis, Octavii Caesaris, Flavii Constantini magni, imperatoris Theodosii Hispani legebat, quaerens et indagans artes, quibus omnes antecelleret et regni fines proferret quam latissime: quod etiam praestitit. audita morte Amuratis, Caramanus Alisurius e montibus descendit multaque sibi loca subiecit. iuvenis rex Mehemetes, comparata manu, adversus eum proficiscitur; qui in fugam versus, rursus in montium iuga se abdit, donec aliquanto post omnino deletur. Caramanum persecutus, Calliopolim, deinde Adrianopolim concessit, unde, instructis copiis, adversus urbem et imperium Romanum proficiscitur, ac tanta hac tamque

φθάσας ἡτοιμάσθη καὶ ἦλθε κατὰ τῆς πόλεως καὶ Ῥωμαίων βασιλείας, καὶ τῆς τοιαύτης περιφήμου πόλεως κύριος ἐγένετο, καὶ ἡμᾶς ἐκεῖθεν ᾐχμαλώτισε καὶ ἠφάνισε καὶ ἐξέωσεν. εἶτα στρατεύει κατὰ τῆς βασιλείας Τραπεζοῦντος, καὶ ἐν εὐκολίᾳ μετ' ὀλίγον πόλεμον πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς Δαβὶδ τὸν Κομνηνὸν αἰχμάλωτον ἐν τῇ πόλει Κωνσταντίνου ἔφερεν. καὶ τὴν περιβόητον πόλιν Σινωπίου ἣν ὑποτελῆ οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐποίησαν, οὗτος πολέμῳ τὸν αὐτῆς ἀμηρᾶν νικήσας κύριος τέλειος ἐκείνης τῆς ἀρχῆς ἐγένετο. εἶτα τὴν ἀγάπην λύσας ἣν εἶχε μετὰ τῶν δεσπότων στρατεύει κατὰ τῆς Πελοποννήσου, καὶ τοὺς δεσπότας διώξας πᾶσαν τὴν Πελοπόννησον ἔλαβε. καὶ τὸ ἐναπολειφθὲν τῆς Σερβίας μέρος, καὶ τὸν δεσπότην αὐτῆς διώξας καὶ τὴν μητέρα πολέμῳ, ἐγκρατὴς εἰς πάντα ἐγένετο. Χίον δὲ τὴν νῆσον καὶ Λέσβον ἄνευ πολέμου ὑφ' ἑαυτῷ ὑποτελεῖς ἐποίησεν· ὕστερον δὲ τῆς Λέσβου πάσης καθ' ὅλου ἐγκρατὴς ἐγένετο. εἶτα ἔρχεται κατὰ τῆς νήσου Κύπρου, καὶ μετὰ τοῦ ῥηγὸς εἰς συμβάσεις ἐλθόντες, τέλος ἔταξε διδόναι αὐτῷ καὶ οὕτως ἀνεχώρησεν. εἶτα στόλον ἕτερον ἑτοιμάσας, κατὰ τῆς νήσου Ῥόδου ἐλθὼν ἄπρακτος ἐκ τῶν ἐκεῖθεν διέβη, καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ ἀπεκτάνθησαν διὰ τὸ ἐλθεῖν στόλον τινὰ ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς βοήθειαν. αὐτὸς δὲ θυμῷ καχλάζων, ἵνα τὴν ἀνταμοιβὴν τοῖς Ἰταλοῖς ποιήσῃ, στόλον βαρὺν ἑτοιμάσας μετὰ στρατοῦ πολλοῦ ἱππικοῦ τε καὶ πεζοῦ ἔστειλε κατὰ τῆς

5. μετ' ὀλίγου πολέμου ἐκείνην P

nobili urbe potitus, nosmet inde captivos expulit et exterminavit. mox Trapezuntiorum regnum adortus, facili opera illud quoque brevi bello sibi vindicavit, et regem eius Davidem Comnenum captivum Cpolim duxit, quumque celeberrimam urbem Sinopen decessores eius tantummodo vectigalem habuissent, Mehemetes, armis devicto eius amera, prorsus eam in potestatem suam redegit. deinde rupta pace, quam cum despotis habebat, in Peloponnesum duxit, eamque, pulsis despotis, totam occupavit, sicut etiam reliquam partem Serviae, eius despota cum matre fugato, imperio suo subiecit. Chium et Lesbum insulas citra bellum sibi tributarias fecit: ac Lesbo quidem mox universa potitus est. deinde Cyprum aggressus, cum eius rege de tributo sibi solvendo pactum iniit atque ita recessit. mox alia classe comparata et contra Rhodum ducta, re infecta, inde rediit, amissis non paucis militibus, quoniam classis ex Italia auxilio venerat. ipse ira et cupidine aestuans Italos ulciscendi, classem ingentem multis instructam peditibus et equitibus in Calabriam et Apuliam misit,

Καλαβρίας καὶ τῆς Ἀπουλίας, καὶ ἐν τῷ ἀπέρχεσθαι τὸν στόλον Ζάκυνθον καὶ Κεφαλονίαν ὑποτελεῖς ἐποίησε· φθάσας δὲ ὁ στόλος ἐν τῇ Καλαβρίᾳ, τὸ φρούριον τὸ ἐν τῇ Ἀπουλίᾳ τὸ λεγόμενον Ὑδροῦς ἀποκλείσας καὶ πολιορκήσας αὐτὸ ἔλαβε, καὶ ἕτερα φρούριά τινα λαβὼν πρόσω ἐπορεύετο. καὶ ἐὰν μὴ ὁ θεὸς ἐξ ἀνθρώπων ἐποίησεν αὐτὸν οἷς οἶδε τρόποις, τὰ ὅμοια ὡς καὶ ἡμεῖς οἱ Ἰταλοὶ ἔπαθον ἄν. 22
ἀκουσθεὶς δὲ ὁ θάνατος αὐτοῦ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, οἱ σατράπαι καὶ οἱ κυβερνῆται τοῦ στόλου καὶ τοῦ στρατοῦ μετὰ συμβάσεως τὰ φρούρια ἀφέντες ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀνεχώρησαν· καὶ οὕτως τὰ ἐν τῇ Καλαβρίᾳ γεγόνασιν. ἐβασίλευσεν δὲ ἔτη δύο καὶ τριάκοντα, καὶ δέκα βασιλείας ὑπέταξε καὶ ἐδούλωσε, καὶ διακοσίας πόλεις ἐκ τῶν Χριστιανῶν ἔλαβε. πέντε δὲ διαλέκτους χωρὶς τῆς αὐτοῦ ὀρθῶς ὡμίλει, Ἑλληνικήν, Λατινικήν, Ἀραβικήν, Χαλδαϊκὴν καὶ Περσικήν. λίαν ἦν εὐφραινόμενος ὁμιλεῖν καὶ διαλέγεσθαι μετὰ σοφῶν καὶ συνετῶν ἀνδρῶν· διὰ τοῦτο καὶ τὸν πατριάρχην κὺρ Γεννάδιον ἠγάπα καὶ ἤκουεν αὐτοῦ καὶ συχνάκις ὡμίλει αὐτῷ. ἔλεγε δὲ ὅτι ἐκ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως ἐγνώριζεν ὅτι βασιλεῖς ἔμελλεν ὑποτάξαι καὶ πολλοὺς τόπους δουλῶσαι, καὶ οὕτως ἐγένετο.

Καὶ οὕτως μέν, καθὼς ἱστορήσαμεν κατ' ἐπιτομήν, ἡ ἀρχὴ τοῦ γένους τοῦ ἀμηρᾶ Ὀτθμάνου καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ ἀπο-

1. ἐπανέρχεσθαι M 2. ἐποίησαν P 4. ὕδρου P, ὑδρινθὸν margo. Ὑδροῦς παρ' Ἰταλοῖς Ὄτραντον. Pachomius in margine M 12. βασίλεια P.

atque in itinere Zacynthum et Cephaleniam vectigales fecit. appulsa classe ad Calabriam, oppidum Apuliae Hydruntem obsedit cepitque, atque aliis quibusdam oppidis occupatis, ultra processit. ac, nisi deus eum, quibus solet rationibus, e vivis abstulisset, aerumnae nostris pares subeundae Italis fuissent. comperta eius morte in Italia, satrapae et duces classis atque exercitus sub conditionibus quibusdam oppida restituerunt et ex Italia decesserunt. res in Calabria igitur ita evenerunt. regnavit annos duos et triginta; acquisivit et subiecit sibi regna decem, et Christianis urbes ducentas eripuit. quinque linguas praeter suam probe noverat, Graecam, Latinam, Arabicam, Chaldaicam, Persicam. in congressibus et colloquiis cum hominibus eruditis ac prudentibus hilaris erat: quare etiam Gennadium patriarcham diligebat et audiebat frequenterque conveniebat. dicebat, didicisse se ex astrorum conversionibus, se reges et loca multa subacturum esse: id quod sane evenit.

Tale igitur, quale paucis adumbravimus, Othmanis amerae eius-

γόνων ἄχρι καὶ τοῦ Μεεμέτη ἀμηρᾶ ἐν ταῖς ζωαῖς αὐτῶν μάχας καὶ πολέμους καὶ νίκας ἐπολιτεύθησαν καὶ ἐποίησαν. ἡμεῖς δὲ τῆς τῆς ἱστορίας ὁδοῦ κατὰ τάξιν αὖθις ἀρξώμεθα.

33. Ἐν δὲ τῷ Ἰουλίῳ μηνὶ τοῦ ͵ϛϡκα' ἔτους ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς πόλεως ὁ βασιλεὺς κὺρ Μανουήλ. ἀπελθὼν εἰς τὴν νῆσον Θάσον ἐπῆρεν αὐτὴν ἐν μηνὶ Σεπτεμβρίῳ τοῦ ͵ϛϡκβ ἔτους· καὶ αὖθις ἐκεῖθεν ἀπῆλθεν εἰς τὴν Θεσσαλονίκην, εἶτα εἰς τὸν Μωρέαν, ἔνθα ᾠκοδόμησε τὸ Ἑξαμίλιον ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ὅπου καὶ ἐν ἑτέροις καιροῖς ᾠκοδομήθη, ὅταν ὁ Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς περάσας ἐκ τῆς Ἀσίας μετὰ τοῦ μυριαριθμήτου ἐκείνου στρατοῦ ἤρχετο κατ' αὐτῶν. εἶτα διὰ τὸ μάκρος τοῦ καιροῦ τὸ τὰ πάντα δαμάζον καὶ ἀνεπιμέλητον ἀφεθὲν διεφθάρη· ἐκ δευτέρου δὲ κτισθὲν ἦν παρὰ τοῦ ἐν βασιλεῦσιν ἀειμνήστου μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, οὐχ ὑπὲρ ἀνάγκης (ὅτι αὐτὸς γὰρ σχεδὸν εἰπεῖν τὸν κόσμον ἅπαντα ὑπέταξε,) ἀλλὰ μόνον ἐφάνη αὐτῷ καλόν· ἐπεὶ καὶ ἄλλας ἑτέρας κτίσεις καὶ οἰκοδομὰς ἐποίει, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν καλλωπίζων, ἔδοξεν αὐτῷ καὶ ἡ κτίσις τοῦ Ἰσθμοῦ. προστάξας ἐγένετο ἐν τῷ τόπῳ ἔνθα ἔν τινι καιρῷ καὶ ὁ πατρίκιος Νικήτας ὁ ἐπονομαζόμενος Ὀρειφᾶς τὰς νῆας ἤγουν τὰς τριή-

1. μεχεμὲτ P ζωαῖς μάχαις καὶ πολέμοις καὶ νίκαις ἐπολ. P 4. 33.] κδ' P. ἐντεῦθεν ἀνακάμπτει τὰ τῆς ἱστορίας, περὶ τῶν βασιλέων τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ὡς ἐν πρώτῳ κεφαλαίῳ εἰρήκαμεν. MP 8. εἰς Πελοπόννησον P 10. περάσας ἐκ τῆς Ἀσίας] Περσίας P 12. τοῦ τὰ π. δαμάζοντος M 13. ἀφέντες P 14. οὐ περὶ P 20. Ῥοῦφος P. immo Ὠορύφας.

que posterorum genus usque ad Mehemetem ameram fuit, eorundemque, dum vixerunt, ista bella, pugnae et victoriae. nunc ad interruptum historiae ordinem revertamur.

33. Mense Iulio anni 6921 imperator Manuel Cpoli discessit. Thasum insulam profectus, expugnavit eam mense Septembri anni 6922; inde rursus Thessalonicam abiit, deinde in Moream, ubi Hexamilium exstruxit eo loco, quo ante exstructum fuerat, quando Artaxerxes rex cum infinito illo exercitu ex Asia contra Graecos traiecit. postea, quum diuturnitate temporis omnia consumentis et incuria hominum collapsum fuisset, instauratum erat a magno Iustiniano, imperatore sempiterna colendo memoria, non quidem propter necessitatem aliquam, quandoquidem ei parebat orbis terrarum paene universus, sed quia laudabile esse susceptum ei videbatur: nam sicut alia quaedam aedificia exstruxit, quibus ornabat imperium Romanum, ita Isthmum munire eidem placuit. factum est iussu eius in eo loco, in quo quondam patricius Nicetas, cognomento Oriphas, naves sive

ρεις τὰς Ῥωμαϊκὰς διὰ τῆς ξηρᾶς τοῦ Ἰσθμοῦ ἐκ τῆς Ἑλλαδικῆς θαλάττης εἰς τὴν δυτικὴν περάσας τοὺς Κρῆτας Ἀγαρηνοὺς ἐτροπώσατο. ἀλλὰ πῶς καὶ διὰ τί τὸ αὐτὸ μέγα στρατήγημα καὶ ἔργον περιφανὲς καὶ ἄξιον μνήμης ἐγεγόνει, οὐκ ἐγκαταλείψω, ἀλλὰ τῇ ἡμετέρᾳ ἐνώσω διηγήσει, ἔτι δὲ καὶ πῶς ἡ νῆσος Κρήτη καὶ τίνι τρόπῳ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν Ἀγαρηνῶν ἔτυχε γενέσθαι, καὶ αὖθις πῶς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ πῶς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῆς γερουσίας τῶν Ἑνετῶν ἐνέπεσε. καὶ πάλιν τοῦ ἡμετέρου ἔργου ἀψώμεθα καὶ τὸν πλοῦν τῆς νέας ἱστορίας ποιήσωμεν.

34. Οἱ τοῦ καταράτου Μωάμεθ ἀπόγονοι διάδοχοί τε B
καὶ κληρονόμοι τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς πρῶτον μὲν τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς ἐγκρατεῖς γενόμενοι καὶ Μηδίας καὶ Βαβυλῶνος καὶ Ἀσσυρίων κυριεύσαντες, ἤδη δὲ καὶ Αἰγύπτου καὶ Συρίας καὶ Ἀσσυρίας καὶ Παλαιστίνης καὶ Λιβύης καὶ Ἀφρικῆς καὶ μέρους οὐκ ὀλίγου ἐκ τῆς Εὐρώπης, μετὰ δέ τινα καιρὸν ἀλλήλοις στασιάσαντες, ἡ μία αὕτη μεγάλη ἀρχὴ εἰς πολλὰ διεμερίσθη, καὶ ἄλλον μὲν ἀρχηγὸν εἶχεν ἡ Περσία, ἄλλον δὲ ἡ Βαβυλών, ἕτερον δὲ τὰ τῆς Ἀσίας ἄνω καὶ κάτω μέρη· ἕνα μὲν ἀρχηγὸν εἶχεν ἡ Ταρσός, ἕτερον δὲ ἡ Τύρος, ἄλλον τὸ Ἰκόνιον καὶ ἕτερον ἡ Μελιτηνὴ ἡ τὰ πολλὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ῥέουσα· ἕτερον δὲ τὸ Χαλέπι εἶχεν και

11. 34] κε΄ P *περὶ τῶν τοῦ Μωάμεθ διαδόχων, ἔνθα καὶ ποῦ ἐβασίλευσαν* M. *περὶ τῶν τοῦ Μ—θ ἀπογόνων*, omissis *ἔνθα καὶ ποῦ ἐβασίλευσαν*, P

triremes Romanas per continentem terram Isthmi ex mari Graeco in occidentale traxit fuditque Agarenos Cretenses. quomodo autem et quare hoc praeclarum strategema et perpetuo celebrandum facinus patratum fuerit, non praetermittam dicere, sed narrationi nostrae inseram; item commemorabo, quo pacto Creta insula in potestatem Agarenorum venerit, et rursus, qua ratione ad Romanos redierit, et tandem sub Venetorum ditionem concesserit: tum denique ad institutum redibimus et recentioris historiae filum pertexemus.

34. Exsecrandi Mohametis posteri et successores et imperii eius heredes, primum Persarum regno atque Media, Babylonia et Assyria potiti, deinde etiam Aegyptum, Syriam, Assyriam, Palaestinam, Libyam, Africam et Europae regiones non paucas consecuti, aliquanto post discordes inter se facti sunt, unde unum illud magnum imperium in multa regna divisum est, et alium principem Persis nacta est, alium Babylo, alium superior et inferior Asia, alium Tarsus, alium Tyrus, alium Iconium, alium multis illa et praeclaris rebus

ἄλλον ἡ Δαμασκὸς καὶ ἕτερον ἡ Αἴγυπτος καὶ ἄλλον ἡ Λιβύη, καὶ ἡ Ἀφρικὴ ἕτερον, καὶ ἕτερον ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἡ Ἰβηρία εἶχεν, ἣ λέγεται Ἱσπανία. καὶ πρὸς ἀλλήλους οἱ γειτνιῶντες καθ' ἑκάστην διαφορὰς εἶχον ἀναμέσον αὐτῶν φυομένας καὶ ἐμάχοντο. οἱ δὲ τὴν Ἱσπανίαν οἰκοῦντες Ἀγαρηνοὶ εἰς πολυανθρωπίαν ἐλθόντες, καὶ ἣν ἐκατῴκουν γῆν λυπρὰν καὶ μετρίως εὐδαίμονα ὁρῶντες καὶ διὰ τοῦτο τρέφειν αὐτοὺς μὴ δυναμένην, προσῆλθον τῷ ἄρχοντι αὐτῶν Ἀποχὰψ ἀμερμουνῇ καὶ μετανάστασιν ᾐτοῦν γενέσθαι αὐτοῖς, πολλὰ στενοχωρούμενοι λέγοντες, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐσπάνιζον. ὁ δὲ μετὰ χαρᾶς τὸν λόγον δεξάμενος, νῆας μακρὰς εὐθὺς ἐπισκευάσας καὶ δύναμιν ἐξ αὐτῶν ἐμβιβάσας, ἐπὶ λῃστείαν ἔχων τὴν ἔννοιαν, πρὸς τὰς ἐν τῷ Αἰγαίῳ κειμένας νήσους, ἐτράποντο καὶ πολλὰ ἐποίουν ταῖς νήσοις, οὐδένα εὑρίσκοντες ἀντιπαρατασσόμενον· πᾶσαι γὰρ ᾔτουν βοήθειαν καὶ οὐκ ἐλάμβανον διὰ τὸ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων Μιχαὴλ τὸν τραυλὸν περισπώμενον εὑρίσκεσθαι ἐν ἐμφυλίοις πολέμοις. διὰ τοῦτο πολλὰ κέρδη ἐκ πασῶν τῶν νήσων ἐκαρποῦντο. ἔφθασε δέ ποτε καὶ ἕως τῆς Κρήτης, καὶ ταύτην καταδραμὼν καὶ ἀνδραποδισάμενος ὡς ἔνι, καὶ τὴν τῆς νήσου καταμαθὼν ἀρετὴν καὶ χάριν, ἔφη πρὸς τοὺς ὑπηκόους "ἰδοὺ γῆ

8. *δυνάμενοι* M *ἀπόχα* P 10. *ὄντες* P 13. *ἔννοιαν τῶν πρὸς τὴν ἠῶ κειμένων νήσων ἐτρέποντο* M 15. *βοηθείας διὰ τὸν* M 17. *πολέμοις ἔτει ἀπὸ χριστοῦ ωλ'. διὰ* P

abundans Melitene, alium Chalepi, alium Damascus, alium Aegyptus, alium Libya, alium Africa, alium in Europa Iberia, quae Hispania dicitur. itaque factum est, ut vicini, quotidie exorientibus inter eos controversiis, ad pugnas descenderent. Hispaniam qui incolebant Agareni, numero aucti, quum regionem, quam habitabant, steriliorem, nec admodum felicem esse ideoque alendis sibi haud sufficere viderent, Apochapem amermunem, principem suum, adierunt, rogantes, ut sedes mutare sibi liceret, ut qui valde premerentur angustiis et rebus tuendae vitae necessariis egerent. ille, petitione laetatus, statim naves longas aedificandas curavit, et piraticae faciendae consilio manum iis idoneam imposuit, quae ad Aegaei maris insulas conversa, multis eas calamitatibus afflixit, quum nemo esset, qui resisteret. omnes auxilium flagitabant, nec nanciscebantur tamen, quoniam Michael balbus, imperator Romanus, bellis civilibus distrahebatur. itaque illi ex omnibus insulis commoda sibi multa comparabant. quum aliquando ad Cretam usque venisset, eamque, quantum poterat, pervagatus et populatus esset, comperta bonitate et fertilitate insulae, ad suos conversus, "en terra, inquit, fluens lacte et melle." haec

ῥέουσα γάλα καὶ μέλι." καὶ ταῦτα ὁ βάρβαρος εἶπε περὶ τῆς Κρήτης· ὁ δὲ ποιητὴς ταύτην ἐγκωμιάζων φησί "Κρήτη τιμήεσσα τιθήνη Διός, ἧς τὸ μέγεθος περιούσιον, πολλή τε λιπαρά τε καὶ εὔβοτος." καὶ οὐδὲν πλέον ἔφη αὐτοῖς, καὶ οὕτω τὸν στόλον ἐμπλήσας παντὸς ἀγαθοῦ πρὸς τὴν Ἱσπανίαν ἐπανέστρεψεν. ὡς δὲ ὁ χειμὼν παρῆλθε καὶ τὸ ἔαρ ἐπέλαμψε, τεσσαράκοντα νῆας πληρώσας ἀνδρῶν μαχίμων καὶ ἄνεμον ἐπιτήδειον τηρήσας πρὸς Κρήτην τὸν πλοῦν ἐποίησε, τὰς ἄλλας τῶν νήσων παρατρέχων. φθάσας δὲ ἐν τῇ νήσῳ ἐν ἀκρωτηρίῳ τῷ λεγομένῳ Χάρακι προσορμίζεται, καὶ οὐδὲν οὔτε κατὰ τὴν ἀπόβασιν οὔτε κατὰ τὴν ἀγωγὴν ἐφάνη πολέμιον. ἐλθὼν δὲ πορρωτέρω σταδίων ὡς ἑκατὸν καὶ πῦρ ἐμβαλὼν τὰς νῆας πάσας κατέφλεξεν, οὐδεμιᾶς φεισάμενος. ὁ δὲ στρατὸς ταραχθεὶς ἐπὶ τὸ πραχθὲν καὶ καταπληγέντες τὴν αἰτίαν ἐπηρώτων, ἐλθόντες καὶ εἰς λόγους νεωτερικούς. αὐτὸς δὲ μανεὶς ἀκούων εἶπεν "ὑμεῖς τούτων αἴτιοί ἐστε, ἀποικίαν ζητοῦντες καὶ γῆν ἀγαθήν. ἐμοὶ δὲ ταύτης ἑτέρα οὐ νενόμισται κρείττων· καὶ ἐνταῦθα ἦλθον ἵνα τὰς ὑμετέρας θελήσεις καὶ ὀρέξεις πράξω. καὶ τὰ νῦν, 23
μὴ εἰδότες ἃ ἐγὼ ποιῶ, φλυαρεῖτε." οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐσίγησαν. ὡς δὲ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐμέμνηντο καὶ φιλτάτων τινές, εἶπεν αὐτοῖς "ὧδε ὡραῖαι γυναῖκές εἰσι, καὶ παῖδας ποιήσετε." εἶτα τάφρον ὤρυξαν βαθεῖαν καὶ χάρακα περιέ-

2. μέλεσα P 3. εἰς M 16. ζητοῦντές μοι καὶ M 22. ποιήσατε M

barbarus de Creta: quam poeta his verbis commendavit: "Creta, honorata nutrix Iovis, insignis magnitudine, ubertate et pascuorum abundantia." nullo verbo praeterea addito, cum classe, omni rerum genere repleta, in Hispaniam revertit. postquam autem hiems exiit et instabat verna tempestas, quadraginta naves strenuis bellatoribus complet, ventumque nactus secundum, Cretam cursu petit, ceteris insulis praetermissis. ubi advenit, ad promontorium, cui nomen Charax, appellitur: nec ei quidquam vel descendenti, vel populanti hostile comparuit. progressus stadia circiter centum, naves ad unam omnes, iniecto igne, comburit. ea re conturbati et obstupefacti milites, causam sciscitabantur, voces etiam seditiosas immiscentes. ille iratus "vos, inquit, huius rei causa estis, qui coloniam quaeritis et terram beatam: namque mihi nulla hac melior esse videtur, et huc vela feci, ut vestrae satisfacerem voluntati. itaque inscii, quae ego agam, ista blateratis." his auditis, conticuerunt. quum autem nonnulli uxores et liberos commemorarent, occurrit iis: "hic sunt formosae feminae, e quibus liberos procreabitis." deinde fossa profunda ducta et χάρακι

πῆξαν (ὅθεν καὶ ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν λαβὼν σώζει τὴν προσηγορίαν, Χάνδαξ ὀνομαζόμενος) κἀκεῖσε διενυκτέρευον. μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ μετ' ὀλίγον τὰ ἐν τῇ Κρήτῃ πραττόμενα ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Φωτεινοῦ πρωτοσπαθαρίου καὶ στρατηγοῦ τῆς Κρήτης, ὃς δύναμιν ἠξίου αὐτῷ στεῖλαι ἵνα τοὺς ἐχθροὺς ἀποσοβήσῃ. καὶ Δαμιανόν τινα κόμητα τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου μετὰ πολλῆς δυνάμεως καὶ παρασκευῆς ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Κρήτῃ εἰς βοήθειαν τοῦ στρατηγοῦ Φωτεινοῦ, καὶ ἑνωθέντες μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν οὐδὲν χρήσιμον αὐτοῖς τέλος ἐγεγόνει· προσβολῆς δὲ γενομένης ὁ Δαμιανὸς καιρίως πληγεὶς καὶ τοῖς λοιποῖς τροπῆς γέγονεν αἴτιος, καὶ ὁ Φωτεινὸς μόλις ἐν δρόμωνι διασώζεται καὶ τῷ βασιλεῖ ἄγγελος γίνεται. ἐγεγόνει δὲ αὐτὸς ὁ πόλεμος καὶ ἡ προσβολὴ μακρόθεν, ἔνθα ἡ πόλις τοῦ Χάνδακος ᾠκοδόμηται, ὡσεὶ σταδίους εἴκοσι, πρὸς τὰ μέρη τοῦ τόπου τοῦ λεγομένου Ἀλμυροῦ, ἐν ἔτει ͵ϛτμ΄. καὶ πάλιν τοῖς Ἀγαρηνοῖς οὐ διέλιπον φροντίδες καὶ λογισμοὶ καὶ δειλία καὶ ταραχὴ καὶ μέριμνα. καὶ αὐτῶν οὕτως ἐχόντων μοναχός τις ἐκ τῶν ὀρέων τῆς νήσου ἐπικαταβὰς ἁμαρτάνειν ἔφησεν οἳ ἀσφαλῶς ὑπολαμβάνουσι κατοικήσειν οἰκοδομήσαντες ἐν τῷδε τῷ τόπῳ· καὶ ἅμα λέγων τόπον δεξιὸν καὶ εὐφυῆ πρὸς πᾶσαν εὐετηρίαν ὑπέδειξε. καὶ ἐν τούτῳ φρού-

4. πρωτοσυγγέλου στρ. P 8. πρὸς τὴν Κρήτην P 11. τὰ καίρια P 20. ἀσφ. οἴοντας ἑξῆς ἱδρυθέντας M 21. ἐν τῷ λέγειν ἅμα τ. P 22. εὐκτηρίαν MP

i. e. vallo communita, (unde ductum nomen Chandax locus hodieque servat,) ibidem noctem transegerunt. imperator Michael brevi post, quae in Creta a Saracenis agerentur, per Photinum protospatharium et praefectum Cretae certior factus, qui copias sibi mitti voluit, quibus hostes dispelleret, Damianum quendam, comitem stabuli imperatorii, cum ingenti exercitu et apparatu in Cretam ad illum adiuvandum misit. verum enim vero, coniunctis licet viribus, nihil adversum Agarenos profecerunt. quippe proelio commisso, Damianus, plaga mortifera vulneratus, etiam reliquis causa fugae fuit, et Photinus in equo veloci aegre servatus, rei nuntium inperatori attulit. facta est haec pugna loco ab urbe Chandace stadiis circiter viginti dissito, cui nomen Almyri est, anno mundi 6340. rursum Agarenos non deficiebant curae, cogitationes, timor, perturbatio et angor; atque ita illis affectis, monachus quidam e montibus insulae descendit et errare illos affirmavit, si eo in loco collocatis sedibus, secure se posse habitare existimarent; simulque locum idoneum et ad omnem ubertatem acommodatum demonstravit. ibi oppidum exstruxerunt et

ριον ἱδρύσαντες καὶ καλῶς ἀκροπολίσαντες, ὃ καὶ Χάνδακα ὠνόμασαν, καὶ ἐκ τούτου ὁρμώμενοι τὴν ὅλην νῆσον κατέτρεχον καὶ τὰς λοιπὰς πάσας πόλεις τῆς νήσου ἐδούλωσαν, πλὴν τῆς Γορτύνης καὶ Κυδωνίας. καὶ οὕτως μὲν ἡ Κρήτη ἡ μία τῶν περιφήμων ἑπτὰ μεγάλων νήσων ἑάλω ὑπὸ τῶν Ἱσπανῶν Σαρακηνῶν. καὶ αὖθις μετὰ ἔτος ἓν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἕτερον στόλον ἐκπέμπει κατ' αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ἄξιον ἔργον ἐποίησαν· καὶ οἱ Σαρακηνοὶ τοῦ λοιποῦ ἀμερίμνως διῆγον, καὶ πάσης τῆς νήσου κληρονόμοι καὶ κύριοι γεγόνασιν, καὶ πολλοὶ Χριστιανοὶ ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστεως τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐμαρτύρησαν. ἔστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη ὀρεινὴ καὶ δασεῖα, ἔχει δὲ καὶ αὐλῶνας εὐκάρπους· τὰ δὲ ὄρη αὐτῆς οὐκ ἐλάττονα τοῦ Ταϋγέτου ἐν τῷ ὕψει. ἔχει δὲ πόλεις παλαιάς, πλείονας ἢ τῶν ἐννενήκοντα, μεγίστας δὲ καὶ ἐπιφανεστάτας τρεῖς, Κνωσσὸν Γόρτυναν καὶ Κυδωνίαν. ὧν ὁ Μίνως ὁ βασιλεὺς Κρήτης, θαλαττοκρατῶν ποτέ, τὴν νῆσον τριχῇ διελών, ἐν ἑκάστῳ μέρει κτίσας πόλιν, τὴν Κνωσσὸν κατάντικρυ τῆς Πελοποννήσου· αὕτη δέ ἐστι προσβόρειος. οὗτος ὁ βασιλεὺς ὁ Μίνως, ὡς ἱστορεῖται, πρῶτος τὴν Κρήτην ἐξημερώσας νομοθέτης ἐγένετο σπουδαῖος· διὸ λέγει καὶ ὁ ποιητὴς περὶ αὐτοῦ "διὰ τὴν ἄκραν δικαιοσύνην Μίνως καὶ Ῥαδάμανθος Κρῆται ὄντες ὑπὸ τοῦ Διὸς κριταὶ κατεστάθη-

2. ἐπωνόμασαν P   10. ἁγίας Alterus   20. ἀνεξερημώσας M, ἐξερήμωσε καὶ P, ἐξημέρωσε καὶ Brunetus

arce bene communiverunt, cui Chandacis nomen datum est: unde progressi, totam insulam incursabant, omnesque urbes eius, praeter Gortynam et Cydoniam, in ditionem suam redegerunt. hoc igitur modo Creta, una ex septem nobilioribus insulis, ab Hispanis Saracenis occupata est. uno anno post rursus Michael imperator aliam classem adversus eosdem misit, quae tamen nihil memorabile gessit. iam Agareni curis omnibus soluti vixerunt totaque insula sunt potiti: ac multi Christiani pro sana fide nostra illo tempore martyrium tulerunt. est autem haec insula montana et silvosa atque valles fertiles habet; montes altitudine Taygeto non cedunt. habet urbes antiquas supra nonaginta, atque in primis magnas et nobiles tres, Cnossum Gortynam et Cydoniam, a Minoe, Cretensium rege, qui imperium maris olim tenebat, exstructas: qui in tres partes insula divisa, in qualibet parte unam condidit, et Cnossum quidem e regione Peloponnesi et ad septentrionem. hunc regem proditum est primum Cretam literis excoluisse et legibus studiose moderatum esse: unde poeta dicit: "propter summam iustitiam Minos et Rhadamanthus, Cretenses

σαν ἐν ταῖς τῶν μακάρων νήσοις." καὶ ταῦτα περὶ τοῦ Μίνωος. ἡ δὲ Γόρτυνα κεῖται ἐν πεδίῳ πρὸς τὸ Λιβύης πέλαγος, ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης σταδίους ἑξήκοντα, παλαιόθεν μὲν τετειχισμένη, ὕστερον δὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ τὰ τείχη φθα-
B ρέντα ἡ πολιτεία αὐτὴ ἤθελον πάλιν τειχίσαι, καὶ ἀρχὴν λαβοῦσα κτίσαντες τεῖχος στάδια ὀγδοήκοντα, καὶ στάσεως γενομένης ἀναμέσον τὸ ἔργον ἀτελὲς διέμεινεν. ἡ δὲ Κυδωνία μεγίστη τὴν προσθήκην ἦν, κεῖται δὲ αὕτη ἡ πόλις πρὸς τοῖς ἑσπερίοις τῆς νήσου πέρασι, τὰ δὲ ὄρη τὰ ἐγγὺς αὐτῆς τὰ ὑψηλὰ Τίτυρος καλοῦνται· ἵδρυται δὲ ἐπὶ θαλάσσης, βλέπουσα πρὸς τὴν Λακωνικὴν πεδιάδα, ἀγαθὴ καὶ λίαν πανεύμορφος καὶ πολλὰ κύκλωθεν ἔχουσα. λοιπὸν εἰς τρία ἡ νῆσος, ὡς προείπομεν, μεμέρισται, καὶ τὸ μὲν πρὸς ἠῴαν μέρος ἐν τοῖς τῆς Γορτύνης μέρεσι Δωριεῖς ἐκάλουν, τὸ δὲ νότιον Ἐτεόκρητας, ἐν ᾧ ἔστι καὶ τὸ πολίχνιον Πράσου, τὸ δὲ δυτικὸν μέρος Κύδωνας· καὶ ἀναμέσον αὐτῶν πολλάκις μάχαι καὶ πόλεμοι ἐγίνοντο. λέγουσι δὲ καὶ τοῦτο περὶ τῆς Κρήτης, ὅτι διὰ τὸ τῆς νήσου τραχὺ οὐκ ἐδύναντο μετὰ ἁμαξῶν προσβολὰς ποιεῖν καὶ ἀκοντίζεσθαι, καὶ πρῶτον διὰ τοῦτο ἔφιπποι οἱ Κρῆτες ἔδειξαν μάχεσθαι.

Κύριοι δὲ γεγονότες τῆς τοιαύτης μεγάλης νήσου τρόπον

1. Μίνου M 2. Γορτύνη P 4. φθαρεῖσα τὴν πολιτείαν αὐτῶν ταύτην P 7. ἀναμέσου P 8. τις πρὸς δύσιν Alterus 10. τέτυρα P 12 πολὺ P, loco vacuo post ἔχουσα relicto 16. ἀναμέσου P 21. τῆς νήσου ταύτης τοιῷδε τρόπῳ οἱ Ἀγαρηνοί, ὡς ἔφημεν, P

genere, a Iove in beatorum insulis iudices constituti sunt." haec de Minoe. Gortyna in planitie sita mare Libycum spectat, a quo abest stadiis sexaginta. antiquitus muris cincta erat, quos, iniuria temporis labefactatos, magistratus instaurare coeperunt, sed ad octo stadia productos, exorta seditione, reliquerunt inchoatos. Cydonia incrementis, quae paulatim cepit, maxima fuit, in occidentalibus finibus insulae posita. alti montes, qui in vicinia sunt, Tityri nomen habent. ad mare sita est, et Laconicam spectat, egregia et mirifice elegans et ampla in circuitu. ceterum in tres partes, ut diximus, insula divisa est: partem versus orientem circa Gortynam Dorienses nominarunt, australem partem Eteocretenses, in qua etiam Prasus oppidulum est, occidentalem Cydonenses. inter hos saepe bella et proelia commissa sunt. tradunt etiam hoc de Creta, propter asperitatem soli non potuisse in ea cum curribus impetus fieri et iaculari, unde Cretes primi ex equis pugnarint.

Potiti igitur magna hac insula eo, quo diximus, modo Aga-

μένειν, καὶ ἑτέραν μηχανὴν πολεμικὴν θέλων ποιῆσαι προσέταξεν ἵνα ἔλθωσί τινες ἄνδρες οἱ δυνάμενοι ὀρθῶς ἰδεῖν καὶ ποιεῖν ὀπὰς ὑποκεκρυμμένας κάτωθεν τῆς γῆς, ὅπως δι' αὐτῶν ὁ στρατὸς εὐκόλως εἰσέλθωσιν ἔνδον τῆς πόλεως. καὶ κατὰ τὸ προσταχθὲν ὑπ' αὐτοῦ ἤρξαντο ὀρύσσειν. Ἰωάννης δέ τις Γερμανὸς ἄκρον ἠσκημένος τὰς τοῦ πολέμου μηχανὰς καὶ τὰς τοῦ ὑγροῦ πυρός, ἐνωτισθεὶς τὴν μηχανήν, ἑτέραν ὀπὴν ἐναντίαν ὀρύξας καὶ μετὰ ὑγροῦ πυρὸς τεχνηέντως συσκευάσας, ἐρχομένων τῶν Τούρκων διὰ τῆς ὀπῆς μετὰ χαρᾶς αὐτὸς τὸ πῦρ ἀνάψας τὸ εἰς τὴν ἐναντίαν ὠρυγμένην παρ' αὐτοῦ ὀπὴν πολλοὺς ἐξ αὐτῶν κατέκαυσε καὶ τὰς τέχνας αὐτῶν εἰς οὐδὲν ἀπέδειξεν· ὀπὴν δὲ μίαν ἐναντίων ὁ γεννάδας Γερμανὸς λαθὼν οὐχ εὗρεν. οἱ Τοῦρκοι δὲ καὶ αὐτοὶ τὸ ὑγρὸν πῦρ ἀνῆψαν, ὃ προητοίμασαν, πλὴν οὐδὲν κατώρθωσαν· πύργου δέ τινος μόνον παλαιοῦ ὀλίγον μέρος ἐκ τοῦ κρότου τοῦ πυρὸς ἔπεσεν, ὃν ἡμεῖς εὐθὺς ἀνεκαινίσαμεν. ἦσαν δὲ καί τινες γηραιοὶ οἳ ἔλεγον ὅτι καὶ οἱ ἐναντίοι ἐν ἑτέραις μάχαις τοῦτο ἔπραξαν καὶ οὐδὲν ἐκατώρθωσαν διὰ τὸ τὸ πλεῖον μέρος τῆς πόλεως ὑποκάτωθεν τῶν τειχῶν πετρῶδες εἶναι. σφαλεὶς δὲ ὁ ἀμηρᾶς καὶ ψευσθεὶς ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἐλπίδας ἕτερα νέα ἐφευρήματα καὶ μηχανὰς εἰς πολιορκίαν ἐποίει· ἑλέπολιν γὰρ μεγίστην ἔχουσαν τροχοὺς πολλοὺς μετὰ ξύλων χον-

3. ὀπὴν P 7. ἐνωτ. μηχανὰς P 8. ποιήσας P 20. ἐπὶ P

quae quum animadverteret ameras, erubescebat, quod consilium suum eventu careret, atque aliam rationem experturus, imperavit, ut adessent, qui recto iudicio oculorum uterentur et cuniculos agere callerent, per quos exercitus facile urbem intrare posset: coeperuntque ad praescriptum eius fodere. at Iohannes quidam Germanus in tractandis bellicis machinis et igne Graeco exercitatissimus, quum animadvertisset illorum consilium, alium cuniculum contrarium agendum et igne Graeco artificiose implendum curavit, Turcisque laete per cuniculum procedentibus, ipse in altero a se acto cuniculo accenso igne, multos eorum exussit opusque ad nihilum redegit. unus tamen hostium cuniculus generosum illum Germanum latuit. ipsi quoque Turcae idem genus ignis pararunt et accenderunt, sed nihil profecerunt; nisi quod unius vetustae turris parva pars ex pulsu incensi ignis concidit, quam tamen statim instauravimus. erant autem senes quidam, qui dicerent, hostes idem tentasse aliis in bellis nec quidquam profecisse, quod maior urbis pars subter muros solum saxosum haberet. spe igitur lapsus et frustratus ameras alia nova inventa et machinas ad expugnandam urbem adhibuit. helepolim maximam, multis

τρῶν κατεσκεύασε, πλάτος ἔχουσαν πολὺ καὶ ὕψος· ἐνέδυσε δὲ αὐτὴν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν ἐκ τρίτου μετὰ βουβάλων καὶ βοῶν δορῶν, καὶ πύργους εἶχεν ἄνωθεν καὶ παραπετάσματα, ἀναβάθρας καὶ καταβάθρας, ἵνα οὐ δυνησώμεθα τοὺς ἔσωθεν αὐτῆς βλάπτειν. εἶχε δὲ καὶ τὸ ἔξωθεν μέρος ἠνοιγμένον, ἵνα ῥαδίως εἰσέρχωνται καὶ ἐξέρχωνται οἱ βουλόμενοι. κατὰ δὲ τὸ μέρος δι' οὗ ἔμελλον ἐλθεῖν ἐν τῷ ὀρύγματι, εἶχε πύλας τρεῖς μεγάλας μετὰ παρασκεπάσματος σφοδρῶς ἐνδεδυμένας, ὡς εἴπομεν. εἶχον δὲ ἔσωθεν καὶ κύκλοθεν πᾶν ὄργανον καὶ τέχνην πολεμικὴν καὶ πολλὰς ὕλας καὶ ξύλα, ἵνα ῥίψωσιν ἐν τῷ τάφρῳ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ, ὅπως ῥαδίως εἰσέλθωσιν. εἶχον δὲ κλίμακας ἔχουσας τὰς βαθμίδας μηρινθώδεις ὑποχαλουμένας διὰ κάλων, καὶ αὖθις ᾖρον μίαν εἰς ὕψος. προσδεδομένης τοῖς τείχεσι καὶ πάσης ἑτέρας μηχανῆς, ἣν ἠδυνήθη ἀνθρώπου νοῦς νοῆσαι, ὡς οὐκ ἤλπιζεν βασιλεὺς ποτε, οὐκ ἐποίησε τοῦ ἁλῶσαι τὸ φρούριον. ποιήσαντες δὲ καὶ ἐν ἑτέροις μέρεσιν ἁμάξας μετὰ πλείστων τροχῶν, καὶ ἄνωθεν ὡς πύργους, καὶ αὐτοὶ ἐνδεδυμένοι ὃν τρόπον εἴπομεν. ἔχοντες καὶ αὐτοὶ πλείστας μηχανὰς κατασκευασθείσας μετὰ τοῦ ὑγροῦ πυρός, καὶ ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἡτοίμασαν ἵνα πάντες τὴν σύρρηξιν ἅμα ποιήσωσιν. καὶ πρῶτον μὲν

2. ἔσωθεν καὶ om P 3. δοραῖς M 4. τοῖς ἔσωθεν πράττειν τι κακόν P 5. ἀνεωγμένον P 8. παρασκευάσματος P 11. τῷ ὀρύματι ἤτοι τῷ τάφρῳ P 14. προσδεδωκέναι P 15. ἣν οὐκ ἠδ. P ἐλπίζω P 20. μετὰ] ὑπὸ P

rotis sustentam, in primis latam et altam, lignis instruxit, atque intus et extra triplicato corio bubalorum et boum induit. habebat eadem superne turres et vela, ascensus item et descensus, ne qui intus essent a nobis possent laedi. patebat porro foras, ut, qui vellent, facile et ingredi et egredi possent. in ea autem parte, qua in fossam intrare vellent, tres magnae portae erant, tegumento, ut diximus, probe obtectae. in circuitu intus et extra disposita erant omnia genera bellicorum instrumentorum et machinarum, materiae et lignorum magna copia, quae opportuno tempore in fossam deiicerent, quo haberent aditum. habebant scalas gradibus stuppeis, quae per funes demittebantur et rursus in altum trahebantur. admovebantur moenibus praeterea aliae omnes machinae, quas excogitare mens humana potest, quales nunquam visurum se esse speraverat imperator nec ad capiendum castellum aliquod ipse fecerat. fabricati sunt etiam aliis in locis currus rotis permultis et superne turribus instructos et eo, quo diximus, modo munitos, quumque et ipsi machinas plurimas haberent igne, qui non extinguitur, repletos, has compararunt, ut una

μετὰ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἑλεβόλεως τύψαντες σφοδρῶς ἔρριψαν εἰς ἔδαφος τὸν πύργον τὸν πλησίον τῆς πύλης τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ, καὶ εὐθὺς τὴν ἑλέπολιν ἐκείνην σύραντες ἔστησαν ἄνωθεν τοῦ ὀρύγματος. καὶ ἡ μάχη καὶ ἡ συμ-
55 πλοκὴ νοσιαία καὶ φρικαλέα ἐγεγόνει· ἦν δὲ πρὶν τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι, καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐκράτησε. καὶ ποτὲ μὲν ἐν μέρει τὴν συμπλοκὴν καὶ τὴν σύρρηξιν ἰσχυρῶς ἠγωνίζοντο, ποτὲ δὲ ἐν μέρει τὰ ξύλα καὶ τὰς ὕλας καὶ χώματα τὰ ἔσωθεν τῆς ἑλεπόλεως ἐν τῷ τάφρῳ ἔρριπτον· καὶ ἐκ τοῦ χαλάσματος τοῦ πύργου ὕλην, καὶ ἐξ ὧν ἐκεῖνοι ἔρριπτον, ὁδὸν εὐθεῖαν αὐτοῖς ᾠκονόμησαν. τυχόντες καὶ οἱ ἡμέτεροι γενναίως αὐτοὺς ἀπεμπόδιζον, καὶ ἐκ τῶν κλιμάκων πολλάκις αὐτοὺς ἀπεκρήμνιζον, καί τινας κλίμακας ξυλίνας κατέκοψαν, καὶ καρτερῶς οἱ ἐναντίοι πολλάκις τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀπεκρούσθησαν ἄχρι τῆς πρώτης ὥρας τῆς νυκτός.

Οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἔκ τε τοῦ κόπου τοῦ πολλοῦ καὶ τῶν πληγῶν ἠγανάκτησαν, καὶ ἡ συμπλοκὴ καὶ ὁ πόλεμος ἐλύθη, ἐλπίζοντες μὲν τῷ πρωῒ μετὰ ὀλίγου κόπου τὴν βάσιν εὔκολον εὕρωσιν· ἀλλὰ τῶν ἐλπίδων ἐψεύσθησαν, διὰ τὶ μὲν Ἰωάννης ὁ Ἰουστινιανὸς ὥς τις ἀδάμας δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀναθαρρύνας τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας καὶ παραινέσας καὶ ὁ βασιλεὺς παρὼν μετὰ ἑτέρων πολλῶν τῶν ἐλθόντων εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον εἰς βοήθειαν δι' ὅλης τῆς νυκτὸς πολλὰ κοπιά-

1. τηλεβόλεως P 4. ἐπὶ P 11. τυχόντες om P 13. ξυλίνας om P 23. βοηθῆσαι P

omnes hora eruptionem facerent. ac primum quidem ingentis illius helepolis pulsu turrem prope portam sancti Romani sitam prostraverunt, atque helepolim illico promotam supra eam fossam collocarunt. hinc pugna et dimicatio exitiosa et horribilis exarsit, quae commissa ante lucem per totum diem duravit. Turcae nunc conflictu et certamine acriter contendebant, nunc ligna, materiem, terram, quae in helepoli erant, in fossam coniiciebant. e ruina turris materiam, materia, quam congerebant, viam planam sibi pararunt. at vero nostri eos strenue impediebant, atque saepe detrudebant de scalis ligneis, quarum nonnullas conciderunt, hostesque eo die usque ad primam noctis horam saepe acriter repulsi sunt.

Itaque impii, ob laborem plagasque frendentes, pugnam solverunt, postero die levi opera ingressum facilem habituros se esse rati. at exciderunt spe sua, quod Iohannes Iustinianus, velut adamas tota nocte milites suos cohortatus, atque imperator coram ipse praesens cum aliis multis, qui eodem ad opem ferendam confluxerant, per totam noctem magno labore fossas vacuefecerunt, turrem collapsam

σαντες τοὺς τάφρους ἐκένωσαν καὶ τὸν πεσόντα πύργον μυρίαις μηχαναῖς ἀνώρθωσαν, καὶ τὴν ἑλέπολιν τῶν ἐναντίων ὑποκάτωθεν, οὗ ἔκειτο ἐνδεδυμένη, ἐπυρπόλησαν. περὶ δὲ τρίτην ἀλεκτροφωνίαν ἐλθόντες μετὰ χαρᾶς, ἐλπίζοντες ἵνα τὴν βάσιν, ὡς εἴπομεν, ῥᾳδίον εὕρωσι, καὶ ἰδόντες τὰς ἐλπίδας αὐτῶν κενὰς ἐθαύμασαν. καὶ ὁ ἀμηρᾶς λυπηθεὶς μᾶλλον καὶ αἰσχυνθεὶς ἐθαύμασε τὴν ἐπιδεξιότητα τῶν ἡμετέρων, καὶ ἔλεγε θαυμάζων τάχα "ἐὰν καὶ οἱ τριάκοντα ἑπτὰ χιλιάδες οἱ προφῆται εἰπόν μοι ὅτι αὐτοὶ οἱ ἀσεβεῖς" λέγων ἡμᾶς "διὰ μιᾶς νυκτὸς δύνανται ποιῆσαι ἃ ἐποίησαν, οὐκ ἐπίστευον." ἔπειτα μὲν θεωρῶν μὴ ἔχοντας φόβον ἡμᾶς οὔτε δειλίαν εἰς τοὺς ἀκροβολισμοὺς καὶ συρρήξεις ἃς ἐποίουν δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, καὶ τοὺς ἀναριθμήτους ἑλεβολίσκους βέλη τε καὶ πέτρας ἄνωθεν καθ' ἡμῶν βρεχομένας ὡς ὑετοὺς ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀντ' οὐδενὸς πάντα κίνδυνον ἐλογίζοντο· εἰς οὖν ταραχὴν καὶ σύγχυσιν λογισμοῦ μεγάλην ἐνέπεσεν αὐτός τε καὶ πᾶσα ἡ βουλὴ αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτως εἶχον.

Καὶ τούτων γινομένων πολιορκουμένης τῆς πόλεως νῆες τρεῖς Λιγουρίας ἐκ Χίου φόρτον λαβόντες καὶ ἄνεμον τηρήσαντες ἐπιτήδειον τὸν πλοῦν πρὸς ἡμᾶς ἐποιοῦντο· διερχομένων δὲ αὐτῶν εὗρον καθ' ὁδὸν καὶ ἑτέραν μίαν βασιλικὴν

8. οἱ om P 9. εἰπόν μοι] ὑπὸ μίαν M 13. τηλεβολίσκους P 15. οὐδενὸς κινδύνου ταῦτα πάντα P 16. οὖν om P 18. post εἶχον P: κεφάλαιον πέμπτον. 19. καὶ — πόλεως] καὶ τὸ γινόμενον M 20. λιγαρῖται P φορτίον P

molimentis innumeris instaurarunt et helepolim hostium, igne ubi operta stabat, submisso, exusserunt. itaque sub tertium galli cantum quum laeti et spe freti, facilem se, ut dixi, ingressum habituros esse, advenissent, ubi spe se frustratos viderunt, mirati sunt, atque ameras, magnopere tristatus et pudefactus, obstupuit virtute nostra, dixitque mirans, si triginta septem millia prophetarum sibi affirmassent, impios (nos scilicet) una nocte, quod fecerunt, facturos esse, se non habiturum fuisse fidem. deinde quum nos omni vacare timore, nec impressiones pugnasque, quas per totum diem fecerunt, aut iaculationes innumeras et saxa desuper in nos imbrium instar demissa extimescere, sed omne periculum nihili facere animadvertisset, in magnam animi perturbationem et consternationem ipse et universus senatus eius inciderunt. atque haec quidem ita evenerunt.

Interim dum urbs obsidetur, tres naves Ligustinae in Chio oneratae, ventum secundum nactae, ad nos cursum tenebant. inventa in itinere alia imperatoria navi, quae e Sicilia cum frumento solverat, nocte quadam prope urbem devenerunt. mane ut a diurnis excubatoriis triremibus amerae conspectae sunt, e reli-

νῆα ἐκ Σικελίας μετὰ σίτου ἐρχομένην. καὶ φθάσασαι ἐν μιᾷ τῶν νυκτῶν ἐγγὺς τῆς πόλεως, καὶ τῷ πρωῒ ἰδόντες αὐτὰς αἱ ἡμερόσκοποι τριήρεις τοῦ ἀμηρᾶ, καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου στόλου μέρος πολὺ κατ' αὐτῶν ὥρμησαν μετὰ πάσης χαρᾶς, μετὰ τυμπάνων καὶ κερατίνων σαλπίγγων κροτοῦντες, ἐλπίζοντες ἐν εὐκολίᾳ τάσδε τὰς νῆας σαγηνεῦσαι. ὡς δὲ ἤγγισαν καὶ τὸν πόλεμον ἀνῆψαν καὶ ἀκροβολίζοντο, ἐν πρώτοις ἦλθον κατὰ τῆς βασιλικῆς νηὸς μετὰ ἐπηρμένης ὀφρύος· ἡ δὲ ναῦς ἐκ τῆς πρώτης προσβολῆς μετὰ ἑλεβολίσκων καὶ βελῶν καὶ πετρῶν κακῶς ἐδεξιώσατο αὐτούς. καὶ ἐλθόντες ταῖς πρώραις ὑποκάτωθεν τῆς νηός, αὐτοὶ δὲ μετὰ χύτρων κατασκευασμένων τεχνικῶς πυρὶ ὑγρῷ καὶ πετρῶν πάλιν αὐτοὺς μακρόθεν ἀπεμπόδιζον διὰ τὸ γίνεσθαι πολὺν φόνον κατ' αὐτούς. ἡμεῖς δὲ ἐκ τῶν τειχῶν ἄνωθεν ταῦτα θεωροῦντες ἐδεόμεθα τοῦ B θεοῦ ἐλεῆσαι αὐτοὺς καὶ ἡμᾶς. ὁμοίως δὲ ὁ ἀμηρᾶς ἔφιππος ἑστὼς κατὰ τὰς ἀκτὰς τῆς θαλάσσης ἐθεώρει τὰ γινόμενα. καὶ πάλιν ἐκ τρίτου ἐμακροβολίζοντο, εἶτα πάλιν θέλοντες συρρῆξαι αὐτοῖς μετὰ ἐπηρμένης ὀφρύος καὶ μεγάλων ἀλαλαγμῶν· οἱ δὲ ναύκληροι καὶ κυβερνῆται καὶ ναύαρχοι ἀνδρείως καὶ ῥωμαλέως σταθέντες, τοὺς ναύτας παραθαρρύναντες ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ ζῆν, καὶ μάλιστα ὁ ναυάρχης τῆς βασιλικῆς νηὸς τοὔνομα Φλαντανελᾶς ἐκ πρύμνης εἰς πρώραν διερχόμενος καὶ ὡς λέων μαχόμενος καὶ φωναῖς τοὺς

1. νῆαν P 3. ἑτέρου om P 5. καὶ om P 9. τηλεβόλων καὶ τηλεβολίσκων P 10. ἐξώσατο P 18. συρρᾶξαι P, omisso αὐτοῖς 20. ναυτίλους P 22. φλαντανέλας P 23. καὶ ὡς λέων μαχόμενος om P

qua classe naves non paucae cum laetitia, tympanorum et cornuum strepitu, incitato cursu, contra feruntur, nullo labore eas naves a se interceptum iri opinatae. quum appropinquassent et pugnam commisissent iaculando, inprimis imperatoriam navem superbius adorti sunt; quae tamen eos primo impetu iaculis, telis, saxis male excepit; quumque proris eam subiissent, illi eos eminus ollis igne Graeco bene repletis atque saxis prohibuerunt, magna in eos strage edita. nos haec de moenibus spectantes, deo preces faciebamus, ut ipsorum nostrique misereretur. similiter ameras, equo insidens, e litore, quae fiebant, prospiciebat. iamque tertium iaculantur, fastuque turgidi et magno clamore eos invadunt. at naucleri, gubernatores, nauarchi virili animo et robusto pectore stantes, nautas cohortantur ad mortem vitae anteponendam, inprimis imperatoriae navis nauarchus, Phlantanelas nomine, qui e puppi ad proram processit, leonis instar decertans et reliquos voci-

ἑτέρους διεγείρων, ὥστε οὐ δύναμαι εἰπεῖν τὰς φωνὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς τῶν ἑτέρων κρότους ἕως τοῦ οὐρανοῦ αἱρομένους. καὶ σύρρηξις πάλιν μεγαλητέρα ἐγεγόνει, καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν τριήρεων ἀπεκτάνθησαν καὶ ἐπνίγησαν, καὶ δύο τῶν τριήρεων πυριαλώτους ἐποίησαν, καὶ θεωροῦντες τὰς νῆας ἐδειλίασαν. ὁ δὲ ἀμηρᾶς θεωρῶν μηδὲν ἄξιον ἔργον ποιοῦντα τὸν τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον στόλον ἀλλὰ μᾶλλον ἥττονα ὄντα, μανεὶς καὶ θυμῷ ληφθείς, βρυχώμενος καὶ τοὺς ὀδόντας τρίζων ὕβρεις ἐνέχεε εἰς τοὺς αὐτοῦ, δειλοκαρδίους καὶ γυναικώδεις καὶ ἀνωφελεῖς ἀποκαλῶν. καὶ τὸν ἵππον κεντρίσας ἦλθεν ἐντὸς τῆς θαλάσσης (ἦσαν γὰρ ἐγγὺς τῆς χέρσου αἱ τριήρεις ὡσεὶ λίθου βολήν), καὶ τὰ πλείονα τῶν χιτώνων αὐτοῦ ἐβάφησαν ἐκ τῶν τῆς ἁλμυρᾶς θαλάσσης ὑδάτων. ὁ δὲ στρατὸς ὁ παρὰ τὴν χέρσον θεωρῶν αὐτὸν οὕτως ποιοῦντα ἠγανάκτουν λυπούμενοι καὶ τοὺς ἐν τῷ στόλῳ ἐβλασφήμουν· καὶ πλεῖστοι ἔφιπποι τῷ ἀμηρᾷ καὶ αὐτοὶ ἀκολουθοῦντες ἕως τῶν νηῶν ἤγγισαν. οἱ δὲ τοῦ στόλου τὸν ἀμηρᾶν οὕτως θεωροῦντες πράττοντα, καὶ αἰσχυνθέντες τὰς ὕβρεις, ἄκοντες καὶ ἑκόντες μετὰ θυμοῦ μεγάλου μετέστρεψαν αὖθις τὰς πρώρας κατὰ τῶν νηῶν καὶ ἐμάχοντο ἰσχυρῶς. καὶ τί χρὴ λέγειν; οὐ μόνον εἰς οὐδὲν τὰς νῆας ἔβλαψαν, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτος φόνος καὶ πληγὴ ἐγεγόνει κατ' αὐτοὺς ὥστε οὐχ ἐδύναντο αἱ τριήρεις ὄπισθεν ἐλ-

1. γράφειν P 3. ἰσχυροτέρα P 6. πῶς οὐδὲν ἄξιον ἔργον ἐποίει ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος στόλος, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ τῶν νηῶν ἥττετο M 22. αὐτῶν P

bus excitans, quas verbis exprimere non magis quam ceterorum clamores possim, quibus astra feriebantur. itaque exarsit rursus vehementius pugna, ac multi e triremibus occisi aut suffocati sunt, duabusque adeo triremibus captis, in magnum timorem inciderunt. ameras quum talem tantamque classem nullum operae pretium facere, imo potius superari videret, ira et furore incensus, fremens et dentibus frendens, maledictis suos proscidit, ignavos, effeminatos, nebulones increpans; ac subditis equo calcaribus, in mare provectus est (prope enim a terra naves aberant, circiter iactum lapidis), ut vestes eius maximam partem aqua salsa madefierent. quod ubi eum facientem vidit exercitus, qui in litore erat, indignatione et dolore commoti, conviciabantur his, qui in classe erant, et plurimi equis ameram secuti, ipsi quoque usque ad naves procedunt; ac classiarii, ita quum agentem eum vident, pudore conviciorum compulsi, conversis rursus proris adversus nostrorum naves, strenue decertant. verum quid opus est, ut eventum dicam? non modo nihil quidquam nocuerunt navibus, sed etiam tanta in eos clades stragesque edita est, ut triremes redire non possent. occisi sunt illo die

θεῖν. ἐφονεύθησαν δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὡς ἔμαθον ἐγὼ ἐξ αὐτῶν, πλεῖον ἢ δυοκαίδεκα χιλιάδες Ἀγαρηνοί, μόνον ἐν τῇ θαλάσσῃ. ἐλθούσης δὲ τῆς νυκτὸς ἐξ ἀνάγκης ὁ στόλος μικρὸν ἀνεχώρησε, καὶ αἱ νῆες εὐκαιρίαν εὑρόντες εἰσῆλθον ἐν τῷ λιμένι ἄνευ οὐδενὸς ἀποκτανθέντος, εἰ μὴ τινῶν ὀλίγων πληγέντων. καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς δύο ἢ τρεῖς ἐξ αὐτῶν πρὸς κύριον ἐξεδήμησαν. ὁ ἀμηρᾶς δὲ τοσοῦτον μανεὶς καὶ λυπηθεὶς κατὰ τοῦ τοῦ στόλου δρουγγαρίου ἤθελεν αὐτὸν ἀνασκολοπίσαι, λέγων ὅτι ἕνεκεν τῆς ἐκείνου ἀνανδρίας καὶ ὀλιγοψυχίας αἱ νῆες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐξάλλοντο, καὶ δι' ἀπροσεξίας τούτου καὶ ἀνωφελείας εἴασεν αὐτὰς εἰσελθεῖν ἐν τῷ λιμένι. τινὲς δὲ ἐκ τῶν ἀρχόντων τῆς βουλῆς καὶ τῆς αὐλῆς τοῦ ἀμηρᾶ ἐδεήθησαν τοῦτον, ὥστε ζῆν τὸν δρουγγάριον ἐχαρίσατο· πλὴν τοῦ ἀξιώματος αὐτὸν ἐγύμνωσε καὶ πάντα τὸν βίον αὐτοῦ τοῖς ἰαννιτζάροις ἐχαρίσατο.

Καὶ πάλιν κατηφὴς ὑπάρχων ὁ ἀμηρᾶς καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὡς κύων δάκνων καὶ λὰξ ποδὶ κατὰ γῆς θεωρῶν καὶ τοὺς τείχους ῥήξας δὶς καὶ τρὶς καὶ τοὺς τάφρους γεμίσας, καὶ εὐθὺς πάλιν αὐτοὺς ἀνωρθωμένους εὕρισκεν, καὶ ἑκατὸν πεντήκοντα τριήρεις διήρεις τε καὶ μονήρεις οὐκ ἠδυνήθησαν ἁλῶσαι τὰς τέσσαρας ἐκείνας νῆας, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τοσοῦτον φόνον εἰς αὐτοὺς ἐποίησαν,

6. μετὰ πλείστας ἡμέρας τινὲς ὀλίγοι ἐξ P 10. νῆες ἐκεῖναι οὐχ ἑάλωντο ἀλλὰ δι' — τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ εἰσῆλθον ἐν τῷ λιμένι P 13. ἐδ. καὶ οὕτω τὸ ζῆν τῷ δρογγαρίῳ ἐδωρήσατο P 17. λὰξ τῷ ποδὶ κατ' αὐτῆς θ. P 18. ῥίψας P 19. αὐτοὺς om P 20. καὶ πῶς ἐκ. P διήρεις om P

Agareni, ut ex ipsis cognovi, plus duodecies mille in mari duntaxat. ingruente nocte, classis, necessitate coacta, paulo recessit, et quatuor illae naves, opportunitatem nactae, portum intrarunt, nemine de suis occiso, perpaucis vulneratis, quorum post aliquot dies duo vel tres ad dominum migrarunt. ameras adeo irascebatur succensebatque classis praefecto, ut palo eum transfigere cogitaret, quod illius ignavia et segnitia naves illa nocte evasissent, idemque socordia et imperitia praepeditus non prohibuisset eas, quominus portum intrarent. verum quidam senatus et aulae proceres precibus impetrarunt ab amera, ut eum vivere pateretur: qui tamen dignitate eum exuit omnesque facultates eius iannitzaris donavit.

Rursum moestus ameras, canis instar manus mordet, pede terram pulsat, quum, bis et ter muris concussis, fossis impletis, illico ea instaurata invenit, et centum et quinquaginta triremes, biremes, uniremes capere non potuisse illas quatuor naves, sed tantam ab iis cladem perpessas esse considerat. trahit ex imo pectore gemitum, et

στενάζων ἐκ καρδίας, καπνὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐξέβαινε· 56 καὶ ἐλογίζετο τί ἔδει ποιῆσαι, ἵνα τὴν πόλιν πλεῖον θλίψῃ καὶ στενοχωρήσῃ καὶ διὰ θαλάσσης καὶ ξηρᾶς τὴν πολιορκίαν δώσῃ. καὶ τοιαύτην ἐλογίζετο μηχανήν, ἵνα μέρος τοῦ στόλου εἰσφέρῃ ἔσω τοῦ λιμένος. καὶ ἦν ὁ λόγος εὐθὺς καὶ τὸ ἔργον, καὶ ἐκ τοῦ ὄπισθεν μέρους τοῦ Γαλατᾶ διὰ τοῦ λόφου ὁδὸν εὐθεῖαν ᾠκονόμησεν ἕως τοῦ λιμένος ἐρχομένην, καὶ σανίσι καὶ ξύλοις πᾶσαν κατέστρωσεν, ἃς ἤλειψε σανίδας μετὰ στέατος βοῶν καὶ κριῶν· καὶ ὄργανα πολύτροπα ἕτερα ποιήσας καὶ μηχανάς, τὰς τριήρεις καὶ διήρεις ἐν εὐκολίᾳ ἄνωθεν ἐν τῷ λόφῳ σύρας ἔσω ἐν τῷ λιμένι καταβιβάσας ἔφερεν αὐτάς. καὶ ἦν τὸ ἔργον θαυμαστὸν καὶ ναυμαχίας στρατήγημα ἄριστον. ἐγὼ δὲ λογίζομαι, τὸν Καίσαρα Αὔγουστον ἐμιμήσατο, ὅταν μετὰ τοῦ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας ἐμάχετο, ὃς διὰ τὸν σάλον τῆς θαλάσσης καὶ τοὺς ἐναντίους ἀνέμους οὐκ ἐδυνήθη περιοδεῦσαι κύκλωθεν τῆς νήσου τοῦ Πέλοπος, καὶ ἐλθὼν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ τὰς νῆας σύρας ἔτι πρὸς ἑῴαν τῆς Ἑλλάδος θαλάσσης ταχέως ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὁδεύει, ἢ καὶ τὸν Νικητᾶν πατρίκιον, ὅταν καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς Ἑλλαδικῆς θαλάσσης τὰς τριήρεις ἐν τῇ δυτικῇ περάσας τοὺς Κρῆτας ἐν τῇ Μοθώνῃ καὶ Πύλῳ ἐτροπώσατο.

Λοιπὸν ὁ ἀμηρᾶς τὰς τριήρεις φέρας ἐν μιᾷ νυκτί, ἐν

3. διὰ om P 4. τὴν ἐμβολὴν ποιήσῃ P 6. τὸ om P 8. κατερχομένην ἄχρι τοῦ λιμένος P 11. μονήρεις margo P 11. ἄνωθεν τοῦ λόφου σύρας κατεβίβασεν αὐτὰς ἔνδον P 14. ἡνίκα κατὰ P

fumat ore; ac meditabatur, quid facto opus esset, ut urbem gravius urgeret et premeret ac terra et mari obsideret. talem igitur rationem excogitavit, qua partem classis in portum traiiceret: quam rationem statim facto probavit. a tergo Galatae trans collem viam rectam ad portum usque pertinentem facit, totamque assibus trabibusque sternit, adipe boum et vervecum perunctis. multis insuper aliis instrumentis machinisque varii generis constructis, triremes et biremes, facili opera in collem subvectas, in portum deducit. erat opus mirabile et nauticum strategema egregium. equidem existimo, imitatum eum esse Caesarem Augustum, contra Antonium et Cleopatram pugnantem, qui quum propter fluctus maris et ventos adversos Peloponnesum circumnavigare non posset, navibus trans Isthmum in partem orientalem maris Graeci tractis, confestim in Asiam pervenit, aut Nicetam patricium, qui et ipse e mari Graeco triremes in orientale traiecit et Cretes ad Mothonen et Pylum in fugam vertit.

Triremes igitur ab amera una nocte deportatae, postero mane in

τῷ λιμένι τῷ πρωῒ ηὑρέθησαν. εἶτα γέφυραν κατασκευάζει τρόπῳ τοιῷδε· ἀκάτια γάρ τινα, ἀγγεῖα μεγάλα, ξυλοπίθους συνάξας πολλούς, καὶ ξύλοις μακροῖς ἤτοι δοκοῖς καὶ σιδήροις καὶ σχοινίοις ἰσχυρῶς καὶ δυνατῶς συνσφίγξας καὶ δήσας, ἵνα μὴ τὰ ἁλμυρὰ ὕδατα δυνηθῶσιν ἐκθλῖψαι τὸ ἔργον, εἶτα ἄνωθεν τῶν ἀκατίων καὶ ἀγγείων καὶ τῶν ξύλων σανίδας δυνατῶς δήσας καὶ σκολόπεσι σιδηροῖς ἤτοι περόναις, καὶ γέφυρα ἐγεγόνει δυνατὴ καί τι καλή, ἔχουσα τὸ πλάτος ὀργυίων πεντήκοντα, τὸ δὲ μάκρος ἑκατόν, ὥστε φαίνεσθαι τὴν μέσην πᾶσαν τοῦ λιμένος ὡς ἐν ξηρᾷ περιπατεῖν. εἶτα καὶ ἑλεβόλιν ἄνωθεν τῆς γεφύρας βαλών, καὶ αἱ τριήρεις ὁμοῦ πρὸς τὰ τείχη τῆς πόλεως ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν ἔτυπτον. ἰδόντες δὲ αὐτὰ ὁ βασιλεὺς καὶ πᾶσα ἡ πόλις εἰς ταραχὴν λογισμῶν μεγάλων ἐνέπεσον· ἐδεδίει γὰρ ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν ὀλιγότητα ἡμῶν. καὶ βουλῆς γενομένης, ἵνα οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ δήμαρχοι καὶ οἱ ἕτεροι ἄριστοι ἄνδρες Ἰταλοί τε καὶ Ῥωμαῖοι, ὀλίγοι πάνυ εὑρεθέντες, ὅπου δ' ἂν νεωστὶ προσταχθῶσιν, ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ἕκαστος αὐτῶν ἀπέλθῃ τοὺς τείχους φυλάττειν καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀντιμάχεσθαι. καὶ πρῶτον μὲν τῷ τῆς Ἐνετίας μπαΐλῳ Ἱερωνύμῳ Μηνότῳ ἐνεμπιστεύθη φυλάττειν καὶ οἰκονομεῖν τὰ ἀνάκτορα καὶ πάντα τὰ ἐκεῖσε· τῷ δὲ τῶν Καταλάνων κονσούλῳ Πέ-

7. σαν. στερεὰς θέσας μετὰ σιδήρων σκολόπων καὶ περόνων, ἐξ ὧν γ. P 10. ἐφαίνετο P ἐν om P 11. τηλέβολον P 13. ἔπτον M 21. ἀγκάρῳ P 22. ἀστάνδῃ P

portu inventae sunt. deinde pontem hoc modo exstruxit. acatia, alia lignea vasa ampla, dola magno numero comportari iussit, et lignis longis sive trabibus, ferramentis et funibus firmiter et arcte constringi et colligari, ne opus fluctibus maris disiiceretur. deinde super acatia, vasa, trabes assibus per clavos ferreos sive fibulas valide affixis, pons firmus et pulcher factus est, latitudine quinquaginta, longitudine centum pedum, ut per totum medium pontem tanquam in sicco ambulari posset. tum helepoli ponti imposita triremibusque simul ad urbem admotis, moenia ea parte percutere coeperunt. haec quum conspicerent imperator et urbs universa, vehementer animis perturbati sunt. sollicitum enim imperatorem habebat paucitas nostrorum. convocato concilio, decretum est, ut duces et tribuni et reliqui viri strenui tum Itali tum Romani, perpauci numero, qua nuper constituti fuissent, eadem in loca nunc redirent ad defendenda moenia hostesque propulsandos. ac primum quidem Venetorum bailo, Hieronymo Menoto, mandatum est, ut palatia et quae ad ea pertinerent custodiret et servaret. Catelanorum consuli, Petro Guliano, pars Bu-

τρῳ Γουλιάνῳ ἐδόθη ἵνα φυλάττῃ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Βουκολέοντος καὶ ἄχρι ἐγγὺς τοῦ Κοντοσκαλίου, τῷ δὲ Ἰακώβῳ Κονταρίνῳ ἵνα φυλάττῃ τὰ μέρη τῶν τειχῶν τοῦ ἔξωθεν λιμένος καὶ ἕως ἐγγὺς τῶν Ὑψωμαθίων (καὶ οὐ διέλιπε ποιεῖν τὰ ὅσα ἔξεστι στρατιώταις, καὶ μάλιστα τοῖς εὐγενέσι), Μανουὴλ δὲ τῷ ἐκ τῆς Λιγουρίας φυλάττειν τὰ μέρη τῆς πύλης τῆς λεγομένης χρυσῆς μετὰ διακοσίων ἀνδρῶν τοξότων τε καὶ μπαλαιστρῶν· εἶχον γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει ἑλέπολιν ἐναντίαν, καὶ αὐτὴν μετὰ βουβάλων καὶ βοῶν δορῶν ἐνδεδυμένην, καὶ τὰ τείχη μετὰ μηχανῶν ἔτυπτον. Παύλῳ μὲν καὶ B Ἀντωνίῳ καὶ Τρωΐλῳ τοῖς αὐταδέλφοις ἐμπιστεύθη ἵνα φυλάττωσι τὸ Μυρίανδρον, ὅπου καὶ ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν ἡ πόλις ἦν ἐπικίνδυνος, καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας πεζοί τε καὶ ἱππόται τοῦ πλήθους τῶν Τούρκων ἐμάχοντο γενναίως καὶ ἀνδρείως, καὶ πολλάκις καὶ τὰ τείχη χαλάσαντες καὶ θέλοντες εἰσελθεῖν κακῶς ἀπεδιώχθησαν, καὶ φόνον εἰς αὐτοὺς οὐκ ὀλίγον ἐποίουν, καὶ μέρος μὲν τῶν κλιμάκων αὐτῶν ἔσω ἔσυρον μέρος δὲ ἔθλαζον, καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν ἆθλα καὶ γέρα μνήμης αἰωνίου ὑπῆρχον ἄξια. Θεοφίλῳ δὲ τῷ Παλαιολόγῳ, ἀνδρὶ ἐμπείρῳ πάσης γραμματικῆς πραγματείας καὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας καὶ μαθηματικῆς εἰς ἄκρον γευσαμένῳ, ἐνεπιστεύθη φυλάττειν κατὰ τὰ μέρη τῆς πύλης τῆς λεγομένης Σηλυβρίας. τῷ δὲ Ἰωάννῃ τῷ Ἰουστινιανῷ τῷ αὐτοῦ στρα-

3. τοῦ] τῶν P 8. παλαιστῶν P 11. ἐνεπιστεύθη αὐτοῖς τοῦ φυλάττειν P 12. καὶ et τοῖς μέρεσι om P 14. ἱππεῖς P 15. συχνάκις P 16. ἀπεκρούσθησαν P

coleonis prope ad Contoscalium usque tuenda data est. Iacobo Contarino muri exterioris portus usque ad Hypsomathia commissi (nec is neglexit facere, quidquid milites, strenuos praesertim, facere decet). Manueli Liguri porta aurea quae dicitur cum sagittariis et funditoribus ducentis custodienda tradita est. erat enim huic parti opposita helepolis, et ipsa bubalorum boumque pellibus induta, ac muri quatiebantur machinis. Paulus, Antonius et Troilus, fratres germani, Myriandro praefecti sunt, quoniam ibi quoque urbs gravius laborabat et die noctuque de Turcarum exercitu pedites et equites strenue ac fortiter pugnabant, adeoque saepe, moenibus concussis, in urbem penetrare nitebantur: quos tamen male excipientes nostri, caedem in eos non mediocrem edebant et scalas eorum partim intro trahebant, partim diffringebant: merenturque horum virorum certamina et res gestae aeternam apud posteros memoriam. Theophilo Palaeologo, homini literarum et omnis Graecae eruditionis et mathematicae peritissimo, custodia prope portam, quae Selybria dicitur, tradita est. Io-

τηγῷ καὶ εἰς πάντα καλῷ καὶ ἐπιτηδείῳ, πρὸς ὃν καὶ ὁ βασιλεὺς πολλὰ θαρρῶν ἦν διὰ τὴν γενναιότητα καὶ ἀνδρίαν καὶ τόλμην αὐτοῦ, ἐδόθη ἵνα μετὰ τετρακοσίων στρατιωτῶν Ἰταλῶν τε καὶ Ῥωμαίων φυλάττῃ ἐν τοῖς μέρεσι τῆς πύλης τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ, ὅπου οἱ Τοῦρκοι πλεῖον τῶν ἄλλων μερῶν ἐμάχοντο· καὶ τὴν ἑλεβόλιν τὴν μεγάλην καὶ τὴν ἑλεβόλιν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν ἔστησαν διὰ τὸ εἶναι τὸν τόπον ἐπιτήδειον πρὸς τὸ πολιορκεῖν τὰ τείχη καὶ τὴν πόλιν καὶ διὰ τὸ εἶναι καὶ τὸν ἀμηρᾶν ἀντικρὺς ἐσκηνωμένον. Θεοδώρῳ δὲ τῷ ἐκ Καρύστου, ἀνδρὶ πολεμιστῇ καὶ δραστηρίῳ καὶ τοξότῃ ἠσκημένῳ ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ Ἰωάννῃ Γερμανῷ, ἀνδρὶ τὰς τοῦ πολέμου μηχανὰς καλῶς εἰδότι, ἐδόθη ἵνα φυλάττωσιν ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς Καλυγαρίοις. ὁ δὲ Ἱερώνυμος καὶ Λεονάρδος οἱ Λιγουρῖται ἵνα φυλάττωσιν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς πύλης τῆς λεγομένης ξυλίνης. τῷ δὲ καρδινάλῃ Ῥωσσίας ἐδόθη ἵνα φυλάττῃ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Κυνηγεσίου καὶ ἕως τοῦ ἁγίου Δημητρίου. ὁ δὲ μέγας δοὺξ Λουκᾶς ὁ Νοταρᾶς ἵνα φυλάττῃ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Πετρίου καὶ ἕως τῆς πύλης τῆς ἁγίας Θεοδοσίας. ἐν δὲ τοῖς μέρεσι τῆς πύλης τῆς λεγομένης ὡραίας φυλάττειν ὡρίσθησαν οἱ ναῦται καὶ οἱ ναύκληροι καὶ κυβερνῆται, οὓς εἶχεν ἡ ναῦς ἡ ἐκ τῆς Κρήτης. (4) τῷ δὲ Γαβριὴλ Τριβιζάνῳ τῷ τῶν Ἐνετῶν τριήρεων καπετανίῳ μετὰ καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν πεντήκοντα ἐδόθη φυλάττειν

6. τηλέβολον P   10. δραστηρικωτάτῳ P   13. τῶν καλυγαρίων P   16. κυνηγοῦ P   22. ἄρχοντι P

hanni Iustiniano, duci summo et ubicunque apto et idoneo, cui imperator propter generosum animum, fortitudinem et audaciam plurimum confidebat, dati sunt quadringenti milites Itali et Romani, quibuscum regionem ad portam sancti Romani defensaret, ubi Turcae acrius, quam in reliquis locis, pugnabant statuerantque magnam illam helepolim, propterea quod is locus ad oppugnanda moenia inprimis commodus et tentorium amerae e regione erat. Theodoro Carystio, viro bellicoso et strenuo, ac sagittario longe exercitatissimo, item Iohanni Germano, machinarum bellicarum artifici perito, regio Calygariorum defendenda erat. Hieronymo et Leonardo Liguribus porta commissa est, quae a ligno nomen habet. cardinali Rossiae regio Cynegesii ad sanctum usque Demetrium data est. magnus dux, Lucas Notaras, regionem inde a Petrio usque ad portam sanctae Theodosiae accepit. ad portam, cui nomen pulcrae est, nautae, naucleri et gubernatores navis, quae e Creta venerat, constituti erant. (4) Gabrieli Tribizano, Venetarum triremium praefecto, et aliis quinquaginta viris ad custodiam assignata est turris in medio fluctu, e

τὸν πύργον τὸν ἐν μέσῳ τοῦ ῥεύματος, τὸν φυλάσσοντα τὴν εἴσοδον τοῦ λιμένος, καὶ ἣν ἀντικρὺς τῆς πύλης τῆς βασιλικῆς· καὶ τὸ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ μέρος ὡς ποιμὴν καὶ οὐ μισθωτὸς καλῶς ἐφύλαττε. τῷ δὲ Ἀντωνίῳ τῷ καπετανίῳ τῶν ἐμπορικῶν τριήρεων ἐδόθη φυλάττειν τὰς τριήρεις αὐτοῦ καὶ τὰς νῆας τὰς ἐντὸς τῆς ἁλύσεως, ὡς εἴρηται· αἱ δὲ νῆες ἐκεῖναι διὰ τὸ εἶναι αὐτὰς καλῶς ἡτοιμασμένας εἰς παράταξιν πολέμου, οἱ ὄντες ἔσωθεν μετὰ σαλπίγγων καὶ τυμπάνων καὶ φωνῶν ἀναριθμήτων τὰς τῶν Τούρκων τριήρεις καὶ νῆας εἰς μάχην ἐκάλουν, καὶ ἀκροβολισμοὶ οὐ διέλιπον ἀναμέσον αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν· πλὴν οὐ τελείαν συμπλοκὴν ἐποίουν. οἱ δὲ ἕτεροι εὐγενεῖς καὶ ἄριστοι ἄνδρες τῆς πόλεως ἐν τόποις ἀναγκαίοις διεμερίσθησαν φυλάττειν, καὶ πᾶν τὸ δυνάμενον οὐ διέλιπον ποιεῖν. τοὺς δὲ μοναχοὺς καὶ ἱερεῖς καὶ κληρικοὺς καὶ τοῦ λοιποῦ καταλόγου τῆς ἐκκλησίας ἄνδρας διέταξαν ἵνα διαμερισθῶσιν ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐν τῷ περιβόλῳ τῆς πόλεως, ἵνα καὶ αὐτοὶ τοῦ θεοῦ δεόμενοι καὶ ἡμεροσκόπους 57
καὶ νυκτοσκόπους ποιῶσι, καὶ δεήσεσι ἐξιλεοῦσθαι τὸ θεῖον ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως. τὸν δὲ Δημήτριον τὸν Καντακουζηνὸν καὶ τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ Παλαιολόγον Νικηφόρον μετὰ καὶ ἑτέρων τινῶν κατέταξαν ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ καὶ ἐν ἑτέροις τόποις περιπατεῖν μετὰ ἑπτακοσίων ἀνδρῶν, ἵνα εἰς οἷον δὴ τόπον ἀνάγκη ὑπάρχῃ βοηθήσωσιν. ὁ δὲ βα-

2. ἣν] ἕως P 4. ἄρχοντι P 8. οἱ ὄντες] ἐξιοῦσαι P 17. ἵνα τοῦ θεοῦ δέωνται καὶ ἡμεροσκόποι καὶ νυκτοσκόποι ὦσι P

regione portae regiae, sita, quae aditum portus tuetur. is creditam sibi partem ut pastor, non ut mercenarius, diligenter servabat. Antonius, mercatoriarum navium praefectus, triremium suarum et navium, quae intra catenam constitutae erant, tutelam accepit: quae naves quoniam ad conflictum bene instructae erant, ii, qui intus erant, tubarum, tympanorum, clamorum strepitu frequenti Turcarum naves et triremes ad certamen provocabant, et iaculis quotidie dimicantes, iusta tamen pugna non concurrebant. reliqui generosi et strenui cives in locis iniquis ad custodiam dispertiti sunt, nec cessabant operam, quam possent, praestare. monachi autem et sacerdotes et clerici et reliqui ordinis ecclesiastici homines per totam urbem passim distributi sunt, ut deo supplicarent et die noctuque specularentur et precibus numen pro salute urbis placarent. Demetrium Cantacuzenum et Nicephorum Palaeologum, generum eius, cum aliis quibusdam ad venerandum apostolorum templum et alia loca obeunda cum viris septingentis constituit, ut ubi res flagitaret, eo cum auxilio advola-

σιλεὺς ἅμα τῷ Φραγκίσκῳ τῷ Τολέδῳ τῷ συγγενεῖ αὐτοῦ, ὃς κατάγεται, λέγουσιν, ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ περιφανοῦς βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ μεθ' ἡμῶν ἔφιππος δι' ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς περιπατῶν ἦν γύρωθεν ἔνδον τῆς πόλεως καὶ τῶν τειχῶν· καὶ τὰ εἰς ἀνάγκην τοῦ πολέμου ἡτοιμάζομεν.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ χρημάτων ἐσπάνιζον τὰ βασίλεια διὰ τὸν μισθὸν τῶν στρατιωτῶν, προσέταξεν ὁ βασιλεὺς λαβεῖν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν σκεύη ἅγια καὶ ἀφιερωμένα τῷ θεῷ, καὶ χρήματα ἐποίησαν. καὶ μή τις ἐγκαλέσῃ ἡμᾶς ὡς ἱεροσύλους· ἕνεκεν τῆς τοῦ καιροῦ ἀνάγκης ἐγίνετο, ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ πεπονθώς, πεινάσας, τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, ἃ οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις. ἔλεγε γὰρ ὁ μακαρίτης ὁ βασιλεὺς "ἂν ὁ θεὸς τὴν πόλιν λυτρώσηται, τετραπλοῦν ἀποδώσω τῷ κυρίῳ μου."

Καὶ αὖθις ἑτέρας βουλῆς γενομένης, ἵνα τὰς ἐν τῷ λιμένι φερομένας τριήρεις καὶ γέφυραν ἐμπρήσωσι μηχανῇ τινί, διότι μεγάλην ταραχὴν καὶ κίνδυνον αἱ νῆες αὗται τῇ πόλει ἐνεδίδον, καὶ μηχανήν τινα εὗρον, καὶ τὴν βουλὴν ἔξε-

1. *ἅμα τῷ δὸν Φραγκίσκῳ τῷ Τολέδω, τῷ ἐξ Ἰσπανίας ἐκ χώρας Καστολίου ὁρμωμένῳ, τῷ συγγενεῖ αὐτοῦ. ἡ συγγένεια εἶναι λέγουσι διὰ τὸ κατάγεσθαι τὸ τῶν Τολέδων γένος ἀπὸ αἵματος τῆς ὀσφύος τοῦ περιφ. β. Ἀλ. τοῦ Κ. τῶν ἀπογόνων, καὶ ἕνεκεν τινῶν αἰτιῶν κατοικησάντων ἐν Ἰσπανίᾳ Τολέτους αὐτοὺς ἐπωνόμασαν. κατὰ συγκυρίαν λοιπὸν ἐκεῖ τυχόντος τούτου μεθ' ἡμῶν, ἔφιπποι μετὰ τοῦ βασιλέως δι' ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς περιπατοῦντες κύκλωθεν τῶν τειχῶν τὰ ὅσα εἰς ἀνάγκην τοῦ πολέμου ἡτοίμαζον.* P 12. *πέπονθε* P 13. *ὁ μακαρίτης* om P

rent. ipse imperator nobiscum et cum Francisco Toledo, cognato suo, qui ex illustri imperatore Alexio Comneno genus ducere fertur, tota die et nocte intra urbem et moenia obequitabat, prospiciebatque rebus ad bellum necessariis.

Quum autem pecunia palatium deficeret propter stipendia militum, imperator sanctam et deo consecratam ecclesiarum supellectilem usurpari et in numismata redigi iussit. ne vero quisquam ut sacrilegos nos increpato. coacti enim necessitate fecimus, haud secus ac David, qui esuriens panes propositionis comedit, quos nisi sacerdotibus nemini licebat edere. ac dicebat beatae memoriae imperator "si deus urbem liberaverit, quadruplum domino restituam."

Rursus alia inita consultatione, ut in portu collocatas triremes et pontem machinatione aliqua comburerent, quippe quibus in magnum discrimen et periculum urbs adduceretur, ratio aliqua inventa et cum imperatore communicata est. Iacobus Cocus, Venetus, vir ad agen-

φώνησαν τῷ βασιλεῖ. Ἰάκωβος Κόκος ὁ Ἑνετός, ἀνὴρ ὀξύτερος τοῦ ποιεῖν ἢ λέγειν, ὡς ἐνεμπιστεύθη τοῦ πέρας δῶσαι τῆς ὑποθέσεως, ἤρξατο τοῦ ἔργου πάνυ ἐπιτηδείως καὶ καλῶς τρόπῳ τοιῷδε. ἀκάτια τρία πάνυ ταχέα καὶ γοργὰ οἰκονομήσας, καὶ τεσσαράκοντα νέους θαρσαλέους καὶ μεγαλοψύχους καὶ ἀνδρείους ἐν αὐτοῖς ἔβαλε, Γραικούς τε καὶ Ἰταλούς, καὶ καλῶς παραγγείλας αὐτοῖς τὰ πάντα καὶ τὰς κατασκευασθείσας μετὰ τοῦ ὑγροῦ πυρὸς τέχνας δώσας, ἵνα ἔλθωσιν νυκτὸς καὶ περάσωσι πρὸς τὸν Γαλατᾶν καὶ πλησίον τῆς πέρας ἐκείνης γῆς ἔλθωσιν ἕως τῶν τριήρεων καὶ τὰ ὁρισθέντα πράξωσιν. καὶ ἐγεγόνει ἄν, εἰ μὴ καὶ εἰς τὸ αὐτὸ ἡ κακὴ τύχη ἡμῶν ἐμπόδιζε. ἐλθόντες δὲ πάνυ ἐπιτηδείως καὶ τὴν γέφυραν περιπατήσαντες καὶ περάσαντες καὶ δύο νέους ἀφέντες ἐκεῖ μετὰ κατασκευῆς, ἵνα ὅταν οἱ ἕτεροι εἰς τὰς τριήρεις ἐγγίσωσι καὶ σημεῖόν τι ἴδωσι, τότε ἐν μιᾷ ὥρᾳ θεαφίῳ τὸ ὑγρὸν πῦρ ἀνάψωσι, φθάσαντες δὲ καὶ ἕως τῶν τριήρεων ἐγγύς, ὁ θεὸς ἢ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐκώλυσε τὸ ἔργον, ἢ ἐξ ἀπροσεξίας τινὸς τῶν νέων ἐκείνων οἰκέτης τις τὸ μυστήριον τοῖς ἐναντίοις ἐμήνυσε· καὶ φυλακὰς ἀγρύπνους καὶ νυκτοσκόπους ἔχοντες, ὡς εἶδον αὐτούς, μετὰ σκευῶν καὶ πετρῶν καὶ μετὰ ἑτέρων ἀκατίων τὸ ἓν ἀκάτιον ἐβύθισαν καὶ μερικοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐζώγρησαν· καὶ οὕτως οὐδὲν ἕτε-

1. κόκκος P 4. ταχέα θοὰ καὶ P 13. καὶ περάσαντες om P 15. ἐν μιᾷ ὥρᾳ] εὐθὺς P 18. ἀπρ. ἐκείνων τῶν νέων ἢ παρά τινος νομοχρίστου τοῖς ἐναντίοις ἐμηνύθη τὸ ἔργον καὶ ἀτελὲς ἔμεινε. καὶ φυλ. P 22. ἐζώγρησαν, καὶ τὰ διολοκλήρως ἐποίησαν καὶ οὐδὲν M

dum quam ad dicendum promptior, cui commissum est, ut perficeret consilium, opus admodum alacriter et apte ita aggressus est. acatia tria apprime velocia et agilia paravit: iis quadraginta iuvenes generosos et strenuos, tum Graecos tum Italos, quibus omnia diligenter praecepit deditque machinas igne Graeco instructas, imposuit, ut nocte Galatam traiecti, prope litus ad triremes accederent facerentque, quae constituta erant. ac bene cessisset inceptum, nisi sinistra fortuna nostra fuisset impeditum. nam quum prospere pontem circumissent traiecissentque, relictis ibi duobus iuvenibus cum apparatu, ut, quum reliqui ad triremes pervenissent ac dedissent signum, eodem utrique tempore sulphure accenderent ignem Graecum, illi prope triremes iam advenerant, quum deus rem impedivit, sive peccata nostra ita meruerant, sive imprudentia iuvenum servus aliquis consilium hostibus prodiderat: itaque quum illos animadvertissent, telis, saxis et acatiis unum e nostris navigiis summerserunt, ipsos homines

ρον οἱ ἡμέτεροι ἐποίησαν εἰ μὴ μίαν τῶν τριήρεων ἐπυρπόλησαν. καὶ τὸ ἐν τῇ γεφύρᾳ πῦρ πλῆθος τῶν Τούρκων δραμόντες ἐναπέσβησαν. τοὺς δὲ νέους ἐκείνους τοὺς θαυμαστοὺς καὶ ὡραίους ὁ ἀσεβὴς ἀμηρᾶς προστάξας τῷ πρωῒ πάντας οἰκτρῶς ἐθανάτωσεν ἡμῶν ὁρώντων αὐτούς· καὶ θρῆνος ἐγεγόνει ἐν τῇ πόλει ὑπὲρ αὐτῶν ἀμέτρητος. ὁ δὲ
B βασιλεὺς λυπηθεὶς καὶ αὐτὸς προσέταξεν ἵνα ἄνωθεν τῶν πύργων κύκλωθεν τοὺς αἰχμαλώτους Τούρκους θανατώσωσιν· ἦσαν γὰρ τὸν ἀριθμὸν οἱ ἀναιρεθέντες διακόσιοι ἑξήκοντα. καὶ διὰ ταῦτα οὖν σκάνδαλα ἀνεφύησαν, καὶ στάσις μεγάλη ἐγεγόνει ἀναμεταξὺ τῶν Ἐνετῶν καὶ Λιγουρίων· ἔλεγον γὰρ οἱ Λιγούριοι καὶ διισχυρίζοντο τοῦ εἶναι αὐτοὺς ἐμπειροτάτους ἢ τοὺς Ἐνετοὺς ἐν παντὶ πράγματι, καὶ δι' ἀπειρίαν μὴ εἰδέναι τὸν Κόκον Ἰάκωβον ἃ ἐποίει, οὔτε ἐκεῖνος οὔτε οἱ λοιποὶ τῶν Ἐνετῶν ἃ ἐπιχειρίζοντο· δι' ἣν αἰτίαν τοὺς τεσσαράκοντα ἐκείνους νέους ἀπώλεσαν, δι' οὓς τοσοῦτος οἶκτος ἐγένετο, καὶ τὰς τριήρεις καὶ τὴν γέφυραν τὰς ἐν τῷ λιμένι οὐκ ἐπυρπόλησαν. ὡς οὖν ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς τὰ γενόμενα, ἐλθὼν ὡμίλησε τοῖς Ἐνετοῖς καὶ Λιγουρίοις, καὶ λυπούμενος εἶπε "παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοί, εἰρηνεύετε. καὶ ἀρκεῖ ὑμῖν ὁ ἔξωθεν πόλεμος· καὶ μὴ ἀναμεταξὺ ὑμῶν μάχεσθε διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ θεοῦ." καὶ ἄλλα πολλὰ δημηγορήσας εἰρηνοποίησεν αὐτούς.

5. ἀνηλεῶς P 6. ἄμετρος P 8. τριήρωθεν P 18. ab hoc ὡς caput sextum incipit P

ceperunt: nec nostri quidquam aliud praestiterunt, nisi quod unam combusserunt triremem. ignem enim ponti iniectum Turcarum turba confestim extinxit. iuvenes illos egregios et formosos impius ameras ad unum omnes postero mane in conspectu nostro miserabiliter trucidari iussit. luctus hinc in urbe ingens fuit, tantaque erat imperatoris moestitia, ut ipse vicissim captivos Turcas in turribus circumcirca occidi iuberet, numero ducentos sexaginta. ortae sunt ex hac re turbae, ac magna emersit inter Venetos et Ligures seditio. dicebant enim et affirmabant Ligures, se omni in re Venetis peritiores esse, et Iacobum Cocum ex imperitia nescivisse, quid faceret, nec perspexisse vel ipsum vel reliquos Venetos, quid auderent: unde quadraginta illi iuvenes, propter quos tantus luctus esset, periissent, ac triremes et pons in portu non fuissent incensa. haec ubi audivit imperator, adiit Venetos et Ligures, et afflicto animo ita eos allocutus est "obsecro vos, fratres, pacem colite: sufficit externum bellum. nolite, per misericordiam dei, mutuum bellum exercere." alia multa dicendo tandem eos pacavit.

Ὁ δὲ ἀμηρᾶς ἰδὼν γεγονέναι τὸ ἡμέτερον ἔργον εἰς οὐδὲν χρήσιμον κατὰ τῶν τριήρεων, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐζημιώθημεν, περιχαρὴς γεγονὼς μετὰ σοβαρότητος καὶ ἀγερώχου γνώμης εἰπὼν "τὰ ὅσα αὐτοὶ οὐκ ἐδυνήθησαν ἡμῖν ποιῆσαι, ἐγὼ ἀνταμείψομαι," καὶ ἄνωθεν ἐν τῷ λόφῳ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου πέραν ἐν τῷ Γαλατᾷ ἑλεβόλεις μεγάλας στήσας, ἵνα τὰς ἡμετέρας νῆας τὰς ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ λιμένος βυθίσῃ καὶ ὅθεν ἦσαν ποιήσῃ ἀναχωρῆσαι. καὶ ταῦτα μὲν ἐποίει οὐχὶ μόνον διὰ τὴν εἴσοδον τοῦ λιμένος, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰς τῶν Λιγουρέων νῆας ἀνταμείψηται, ὅπως δείξῃ ἡμῖν ὅτι εἰς τὰ πάντα δύναται καὶ ἀγχίνους καὶ πολύτροπός ἐστιν. ἰδόντες δὲ οἱ ἐν τῷ Γαλατᾷ ὅτι τὰς νῆας ἐβούλετο ζημιῶσαι, συναχθέντες εἶπον αὐτῷ "οὐκ ἔστι δίκαιον ὅτι τὰς τῶν Λιγουρέων καὶ ἡμῶν ἐμπορικὰς νῆας ζημιῶσαι, φίλοι ὄντες." ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς "αὗται αἱ νῆες οὐκ εἰσιν ἐμπορικαὶ ἀλλὰ λῃσταὶ θαλάττιοι, καὶ χάριν ἐμπορείας οὐκ ἦλθον ἐνταῦθα, ἀλλ' ἵνα τὸν βασιλέα τὸν ἡμῶν ἐχθρὸν βοηθήσωσιν. ἐγὼ δὲ ὡς προφανεῖς ἐχθρούς, εἰ δυνατόν, θέλω παιδεῦσαι· ὑμεῖς δὲ ἀπέλθατε μετ' εἰρήνης ὡς φίλοι." λοιπὸν τοῦ ἔργου ἁψάμενος, καὶ ἦν ἰδεῖν σημεῖον ὅτι τῇ πρώτῃ ἑλεβόλει ᾗ ὁ τεχνίτης τὸ πῦρ ἐνέβαλε τὴν νῆα τὴν τῶν ἄλλων ἄρχουσαν ἐβύθισεν. αἱ δὲ λοιπαὶ ἰδοῦσαι τὸν κίνδυνον καὶ θέλουσαι φυγεῖν, ἐπὶ τὸ

5. ἐν — πέραν om P 6. τηλεβόλους P 8. ἀναχωρήσωσιν M
15. ἀλλὰ πειρατικαὶ καὶ οὐ χάριν εὐποιίας ἦλθον ἐνταῦθα P

Ameras quum nostrum adversus triremes inceptum nihil nobis commodi, imo damnum attulisse videret, gaudio exultans non sine fastu et indignatione dixit, facturum se nobis, quae nos ipsis facere non potuissemus. itaque in colle sancti Theodori trans sinum apud Galatam magnas helepoles collocavit, ut naves nostras ad introitum portus constitutas, nisi recederent, summergeret. atque hoc faciebat non solum propter introitum portus, sed etiam, ut Ligurum navibus par redderet, nobisque ostenderet, se posse omnia et in primis solertem et versutum esse. Galataei cernentes, ameram naves pessumdaturum esse, frequentes eum conveniunt monentque, aequum non esse, ab iis, quippe amicis, Ligurum et suas adeo mercatorias naves pessumdari. at ille respondit: "hae naves non sunt mercatoriae, sed piraticae, nec mercaturae gratia huc advenerunt, sed imperatorem, hostem nostrum, adiuturae. quare ut hostes manifestos, si potero, eos punibo. vos, ut amici, abite." itaque opus aggressus est, atque accidit, ut magister prima helepoli, cui ignem iniecit, navem principem demergeret. reliquae naves, animadverso periculo, fuga salutem quaerebant et Galatam versus paulo provectae constiterunt, ut altissimis

μέρος πλέον τοῦ Γαλατᾶ ὀλίγον ἐλθοῦσαι τὴν στάσιν ἐποίησαν, ὅπως διὰ τῶν ὑψηλοτάτων οἴκων σκέπωνται· αὐτὸς δὲ μὴ φειδόμενος τῶν οἴκων πολλοὺς ἐχάλασεν, ἵνα ἀκωλύτως τὰς νῆας μάχηται. καὶ ἦν θαυμάσαι ὅτι πλεῖον ἢ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἑλεβόλεις ῥίψας οὐδέν τι πλέον τὰς νῆας ἔβλαψεν οὔτε ἄνθρωπον ἐθανάτωσεν, εἰ μὴ γυναῖκά τινα πέτρα πεσοῦσα ἐκ τῶν τειχῶν ἀπέκτεινεν.

Ἡμέρας γάρ τινας ὁ ἀμηρᾶς οὐ τελείαν συμπλοκήν, ὡς σύνηθες, ἐνέδιδεν ἡμῖν ὡς τὸ πρότερον, εἰ μὴ ἀκροβολισμοὺς μακρόθεν· καὶ ταῖς ἑλεβόλεσι ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτὶ οὐκ ἔπαυον τὰ τείχη σφοδρῶς τύπτειν. καί τινες μὲν οἱ μὴ ὄντες ἔμπειροι τοσοῦτον τοῦ πολέμου, ὡς ἔβλεπον μὴ γίνεσθαι συμπλοκήν, τοὺς διατεταγμένους τόπους αὐτῶν ἀφίνοντες ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν ἤρχοντο· οἱ δὲ Τοῦρκοι εὐκαιρίαν εὑρίσκοντες μετὰ ὀνύχων σιδηρῶν ἤτοι ἀγκίστρων ἔν τισι τόποις τὰς μεστὰς χώματος σπυρίδας, ὅπου ἦσαν εἰς σκέπην τῶν ἀνθρώ-
58 *πων ἐν τῇ συμπλοκῇ, κάτω ἔσυρνον· οἱ δὲ δήμαρχοι ἀντ' αὐτῶν ἑτέρας εὐθὺς ἔβαλον. μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ὅτι συμβαίνει γενέσθαι ᾧ τρόπῳ εἰρήκαμεν, τοὺς τοιούτους σφοδρῶς ἠπείλησεν. αὐτοὶ δὲ ἀπεκρίναντο λέγοντες ὅτι διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς φαγεῖν καὶ πιεῖν, τέκνα τε καὶ γυναῖκας, τοῦτο ἐποίησαν. ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὥρισεν ἵνα ὅσοι*

5. *τὰς τηλεβόλους* P 8. *ἡμέραις δέ τισι τῆς τελείας συμπλοκῆς τὸ σύνηθες παρελκύσας ὁ ἀμηρᾶς ἀκροβολισμοὺς μόνον ἐνέδιδεν ἡμῖν μακρόθεν, καὶ ταῖς τηλεβόλοις ἡμέρα τε καὶ νύκτα οὐκ ἔπαυε* P 15. *τὰς οὔσας σπυρίδας χώματος μεστὰς εἰς* P 17. *ἔσυρον* P 19. *ὅτι ᾧ τρόπῳ εἰρήκαμεν καὶ δι' ἣν αἰτίαν συνέβαινε τοῦτο, τούτους τοὺς τοὺς τόπους αὐτῶν ἀφέντας σφ.* P 21. *ὁμοίως καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν καὶ τὰς γυναῖκας* P

aedificiis tegerentur. at ille nihil pepercit aedificiis, sed eorum multa diruit, quo libere naves oppugnaret. verum mirum hoc accidit, ut centum et triginta amplius helepolibus usus, nihilo magis navibus noceret, nec hominem ullum interficeret, nisi quod lapis de muro delapsus mulierem aliquam occidit.

Diebus aliquot ameras non iusta, ut solebat, pugna nos exercuit, sicut ante, sed eminus iaculationibus; helepolibus tamen nec die nec nocte cessavit acriter moenia arietare. itaque quidam rei militaris non admodum periti, quum pugnam non committi viderent, relictis stationibus domos abibant. quam opportunitatem Turcae aucupati, uncis ferreis sive harpagonibus nonnullis in locis corbes ad tegendum in pugna militem terra impletas detraxerunt, pro quibus tribuni illico alias reposuerunt. imperator ubi a duce, quid fieret, rescivit, graviter illos increpavit: qui responderunt, quoniam non ha-

τινὲς οἱ μὴ δυνάμενοι μάχεσθαι διὰ γῆρας ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν, τοὺς ἄρτους καὶ πᾶν βρώσιμον διαμερίζειν ἐν τοῖς οἴκοις καὶ ἐν τοῖς πύργοις κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἑνὸς ἑκάστου. καὶ ὁ πόλεμος ἡμέραν καθ' ἡμέραν ηὔξανε διὰ τὸ καθ' ἑκάστην εἰς τοὺς ἐναντίους ἐκ τοῦ τῆς Ἀσίας κλίματος νέος στρατὸς οὐ διέλιπεν ἔρχεσθαι· τὰ δὲ ἡμέτερα ὀλιγόστευον καὶ ἐταπεινοῦντο, ὥσπερ σελήνη λειψίφωτος, διὰ τὸν καθημερινὸν θάνατον. τινὲς δὲ ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀπειθεῖς καὶ ἀπάνθρωποι τὰ ἡμῶν ταπεινοῦσθαι βλέποντες, εὑρόντες τὸν καιρὸν εἰς τὰς πονηρὰς ὀρέξεις, στάσεις καὶ ἀκαταστασίας καθ' ἡμέραν ἐποίουν, καὶ ὕβρεις καὶ λοιδορίας εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως κατὰ τοῦ δυστυχοῦς βασιλέως καὶ τῶν ἑτέρων ἀρχόντων ἐξέχεον ἐκ τοῦ μιαροῦ αὐτῶν λάρυγγος, μήτε τὸν θεὸν φοβούμενοι μήτε τὸν βασιλέα ἢ τοὺς ἀνθρώπους ἐντρεπόμενοι. αὐτὸς δὲ ὁ τρισμακάριστος τὸ τοῦ Δαβὶδ ῥητὸν μιμούμενος τὸ "ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον καὶ ὡσεὶ ἄλαλος ἐγενόμην, καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς, ὅτι οἱ ἐχθροί μου ζῶσι καὶ κεκραταίωνται ὑπὲρ ἐμέ, ὅτι ἐπληθύνθησαν οἱ μισοῦντές με ἀδίκως." καὶ τινὲς μὲν προσήρχοντο αὐτῷ λέγοντες ὅτι ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα τάδε ἔφη· τινῶν δὲ περιπατῶν ἤκουε. καὶ ἐν ἡμῖν ἐπληρώθη τὸ ῥητὸν τὸ φάσκον

9. καὶ εὐκαιρίαν εὑρόντες κατὰ τὰς πονηρὰς αὐτῶν ὀρέξεις P 15. μακάριος P 13. ἄλαλος, οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ. καὶ ἐγενόμην P

berent, quod ederent aut biberent, nec liberi nec uxores, ita se egisse. hoc audito, imperator constituit, ut quotquot senectute vel alia re impedirentur, ne pugnarent, iis pro cuiusvis conditione panis et reliquus cibus per aedes et turres distribueretur. interim bellum in dies ingravescebat, quum ad hostes ex Asia quotidie recentes copiae adventarent, nostrae autem res lunae decrescentis instar imminuerentur et extenuarentur quotidiana caede. insuper quidam de nostris, contumaces et feroces homines, quum nos in angustias adduci viderent, perversis suis cupiditatibus occasionem nacti, perpetuo turbas et seditiones excitabant, et ore scelesto per plateas et vicos urbis maledicta et contumelias in imperatorem et reliquos principes coniiciebant, nec deum nec imperatorem vel homines veriti. at ille ter beatus vir Davidis dictum imitabatur "ego autem sicut surdus non audiebam, et tanquam mutus eram, factusque sum sicut homo non audiens nec habens in ore redargutiones, quoniam inimici mei vivunt et praevaluerunt super me et qui iniuria me oderunt, multiplicati sunt." et adibant eum, qui narrarent, hunc vel illum talia de ipso effutire: quosdam etiam praeteriens ipse audiebat. denique in nobis

"τῶν μὲν εὐτυχούντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι, τῶν δὲ δυστυχούντων οὐδ' αὐτὸς ὁ γεννήτωρ."

Τῇ δὲ εἰκοστῇ τετάρτῃ τοῦ Μαΐου ἐψιθυρίσθη ὅτι ὁ ἀμηρᾶς βούλεται διὰ ξηρᾶς καὶ θαλάσσης τῇ εἰκοστῇ ἐννάτῃ τοῦ αὐτοῦ πολεμῆσαι ἡμᾶς σφοδρῶς μετὰ συμπλοκῆς καὶ συρρήξεως. οἱ δὲ στρατηγοὶ καὶ δήμαρχοι πάντες, καὶ μάλιστα Ἰωάννης ὁ Ἰουστινιανός, οὐκ ἔπαυον πᾶσαν μηχανὴν ποιεῖν εἰς ἀντιπαράταξιν τῶν ἐναντίων, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς τοὺς τείχους τοὺς ἐμπεσόντας ἐν τῷ τύπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἑλεβόλεων ἐδιώρθωνον μυριοτρόπως. εἶτα ὁ Ἰουστινιανὸς στείλας πρὸς τὸν μέγαν δοῦκα τὸν Νοταρᾶν ἐζήτει ἐξαποστεῖλαι αὐτῷ ἑλεβόλεις τινάς, αἳ ὑπῆρχον ἐν τοῖς μέρεσιν οὗ ἐφύλαττεν αὐτός. ὁ δὲ κὺρ Λουκᾶς ὁ Νοταρᾶς οὐκ ἠθέλησε δοῦναι αὐτάς, λέγων ὅτι καὶ ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι ἀνάγκη ἦν εἶναι αὐτάς. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἀντέλεγεν ὅτι οὐδεμία χρεία ἦν ἑλεβόλεις τοσούτας εἶναι ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι τοῖς ὑδρείοις. διὰ ταῦτα μὲν οὖν τὰ αἴτια ἦλθον καὶ εἰς λόγους νεωτερικούς, καὶ ὕβρεις ἐξέχεον ἑκατέρωθεν τῶν στομάτων εἰς κατὰ τοῦ ἑτέρου, καὶ ὁ Ἰουστινιανὸς τὸν Νοταρᾶν ἀνωφελῆ καὶ ἀλάστορα καὶ ἐχθρὸν τῆς πατρίδος ἐκάλεσεν,

2. post γεννήτωρ P: κατά τινας γνώμας διαφόρων ποιητῶν περὶ δυστυχίας γραψάντων τάδε· δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. δεῖ τοὺς μέν, εἶναι εὐτυχεῖς, τοὺς δέ, δυστυχεῖς. μὴ μβαινε δυστυχοῦντι, κοινὴ γὰρ τύχη. μηδέποτε σαυτὸν δυστυχῶν ἀπελπίσῃς. νόμιζε κοινὰ πάντα δυστυχήματα. οἴμοι τὸ γὰρ ἄφνω δυστυχεῖν μανίαν ποιεῖ. τῶν δυστυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος. tum incipit caput septimum. 5. μετὰ συρράξεως καὶ ἐμβολῆς P 10. τηλεβόλων P 12. τινὰς τῶν τηλεβόλων P 16. τηλεβόλους τοσαύτας P

tum illud eventum habuit: "felicium omnes sunt amici, infelicium ne ipse pater quidem."

Die Maii vicesimo quarto fama manavit, ameram vicesimo nono eiusdem mensis terra marique acriter nos bello et dimicatione adorturum esse. itaque duces et tribuni omnes, inque primis Iohannes Iustinianus, non desinebant moliri omnia ad resistendum hostibus, ac tota nocte muros helepolium pulsu concussos mille modis instaurabant. misit tum Iustinianus ad Notaram, magnum ducem, ut cederet sibi helepoles aliquot in iis locis constitutas, quibus is praeerat. at recusavit Lucas Notaras eas tradere, quod etiam in sua regione necessariae essent. respondit Iustinianus, minime opus esse tot helepolibus in locis illis aquosis. ex hac causa ad sermones fervidiores processum est, et utrimque se lacessebant conviciis, et Iustinianus quidem Notaram hominem ineptum et pestiferum et inimicum patriae

αὐτὸς δὲ πάλιν αὐτὸν ἐξ ἐναντίας ὕβρεσιν ἑτέραις ἐνέπλυνε. ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς ταῦτα παραλαβὼν αὐτοὺς κατ' ἰδίαν λέγει "ἀδελφοί, οὐκ ἔστι καιρὸς ἀναμέσον ἡμῶν τοιούτως ποιεῖν καὶ λέγειν καὶ μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς μισοῦσιν ἡμᾶς συγχωρήσωμεν καὶ τῷ θεῷ δεηθῶμεν ἵνα λυτρωθῶμεν ἐκ τοῦ προφανοῦς στόματος τοῦ αἰσθητοῦ τούτου δράκοντος." καὶ ἑτέρους οὐκ ὀλίγους λόγους αὐτοῖς εἰπὼν εἰρηνοποίησεν αὐ- B
τούς, καὶ ἕκαστος τούτων ἐν τῷ ἐμπιστευθέντι αὐτῷ τόπῳ ἐπανέστρεψε, τὴν ὑπηρεσίαν αὐτοῦ ἐκπληρῶν. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς φοβερὸς ἐφάνη τοῖς ἐναντίοις καὶ μάλιστα ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐν τῷ λέγειν καὶ διωρθώνειν καὶ πράττειν, καὶ ἀκροβολισμοὺς καὶ συρρήξεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐποίει, καὶ πολλοὺς μὲν ἐζώγρει, ἑτέρους δὲ μαχαίρας ἐποίει παρανάλωμα. καὶ τὰ κατορθώματα καὶ τὰ ἔργα τοῦ ἀνδρὸς οἱ πάντες ἐθαύμαζον, καὶ λυτρωτὴν καὶ σωτῆρα τῆς πόλεως ἔλεγον. πλὴν οὐκ εἰς τέλος οὕτως ἐνέμεινεν, ἀλλὰ τὴν φήμην ἣν μετὰ ἀνδρίας ἐκέρδησεν, ὕστερον ἡ δειλία διέφθειρεν.

Ἡμῶν δὲ οὕτως ἐχόντων, ἰδού τις φήμη ψευδὴς ἐρρέθη εἰς τὸ ἐναντίων στρατόπεδον, ὅτι ἐκ τῆς Ἰταλίας στόλος εἰς βοήθειαν τῆς πόλεως ἔρχεται, ὁμοίως καὶ ὁ Ἴαγκος ὁ κυβερνήτης τῶν Οὐγγάρων μετὰ πλείστων στρατῶν ἱππικῶν τε καὶ

3. ἀναμέσου ὑμῶν P 11. διορθοῦν P 21. Ἴαγγος P 22 Οὐγκρῶν P

appellavit, hic in illum alia vicissim convicia fudit. quae quum audisset imperator, cum utroque seorsum collocutus "fratres," inquit, "minime tempus est ita inter vos agendi, loquendi et certandi, quin potius etiam iis, qui oderunt nos, ignoscamus, et deum precemur, ut liberemur a faucibus huius, quem ante oculos videmus, draconis." aliis pluribus verbis usus, in amicitiam eos restituit et uterque in commissum sibi locum ad muneris sui functionem rediit. Iustinianus hostibus, illis praesertim diebus, terribilis erat dictis, consiliis, factis, ac quotidie eos iaculationibus et proeliis vexavit et eorum multos tum cepit tum gladio confecit. admirabantur omnes huius viri consilia et facinora eumque vindicem et servatorem urbis praedicabant. verum non ad finem usque talem se praestitit, sed quam sibi famam fortitudine pepererat, eam postea timiditate amisit.

Haec quum rerum nostrarum conditio esset, falsus rumor per exercitum hostilem percrebuit, ad opem nobis ferendam ex Italia classem adventare, item Iancum Hungarorum principem cum copiis equestribus et pedestribus maximis. quae ubi audiverunt filii Agar,

18. Quum igitur Thomas despota Monembasiam a Monembasiotis sibi traditam teneret, ameras imperatricem et filiam eius sibi matrimonio iunctam cum quibusdam de suis et ipsius comitibus Cpolim misit, despotam apud se retinuit. amera deinde Bordoniam profecto, generosi scilicet optimates timore perculsi fugerunt urbemque deseruerunt. Castritzenses ubi aliquamdiu restiterunt pugnaruntque, postremo eum receperunt, conditione dicta, ut ipsorum mores et instituta ne turbaret. quod ille cum aliis plurimis beneficiis se iis praestiturum promisit. itaque quum egrederentur, ut pro more virtutis suae praemia acciperent, aliis eorum capita praecidit, alios palo suffixit, Proenococcam vero excoriavit, mortem factis suis dignam nactum. deinde ameras Leontarium profectus, eam urbem a civibus desertam invenit et nullo labore occupavit. quum Gardicam, oppidum munitius, securitatis causa confugissent, illuc rursus ameras profectus, urbem aliquamdiu obsessam, postremo in

ὅρκου ἐπαγγειλάμενος αὐτοῖς ἵνα μηδένα αὐτῶν ἐνοχλήσῃ ἢ θανατώσῃ ἢ αἰχμαλωτίσῃ. αὐτὸς δὲ τοὺς ὅρκους ἀθετήσας καὶ τῇ μνησικακίᾳ καὶ ὀργῇ κινούμενος, ἔν τινι πεδίῳ μικρῷ συνάξας αὐτοὺς πάντας καὶ δεσμεύσας παρανάλωμα μαχαίρας σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ πεποίηκε. τοιουτοτρόπως καὶ οἵ ποτε προεστοὶ αὐτῶν οἱ Μπουχάλεοι ἔπαθον, εἰ μὴ ἔφθασεν ὁ μπεγλέρμπεης Μαχουμούτης· ἐξεζήτησεν αὐτοὺς διὰ τὸ τὴν γυναῖκα Μανουὴλ τοῦ Μπουχάλη δισεξαδελφὴν εἶναι αὐτοῦ. οἳ καὶ κακὰ ἀνταπέδωκαν αὐτῷ ἀντὶ τούτων. δοὺς γὰρ αὐτοῖς ἀνθρώπους ἵνα μετὰ ἀνέσεως καὶ ἀναπαύσεως ἀπέρχωνται τὴν ὁδὸν τὴν φέρουσαν εἰς τὸν ἔξω τόπον, διερχόμενοι περὶ τὸ Ποντικὸν εὑρόντες πλεύσιμον καὶ δολίως ἀποκτείναντες τοὺς ἀπάγοντας ἀνθρώπους τοῦ μπεγλέρμπεϊ καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλεύσιμον ἔφυγον εἰς Κέρκυραν, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς Νεάπολιν. καὶ αὐτοὶ μὲν ἠλευθερώθησαν τῆς δουλείας ὅπως δήποτε· ὁ δὲ πενθερὸς μὲν Μανουὴλ τοῦ Μπουχάλη Γεώργιος ὁ Παλαιολόγος, πρωτεξάδελφος δέ, ὡς προεδηλώσαμεν, τῆς μητρὸς τοῦ μπεγλέρμπεη, βληθεὶς εἰς σίδηρα ἤγετο. αὐτὸς γάρ, ὡς προείπομεν, φυγὼν ἐκ τοῦ Λεονταρίου μετὰ καὶ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην εἰς δουλοσύνην τοῦ δεσπότου κὺρ Δημητρίου, πολέμου δὲ γεγονότος περὶ τὴν Βορδονίαν καὶ τὴν Τρύπαν κακῶς τρωθεὶς ἑάλω, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν δέσμιον πρὸς τόν ποτε αὐθέντην αὐτοῦ

6. προεστῶτες P 7. μπεϊλερμπέης μαχμούτης P 16. Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου Γεώργιος Μπουχάλης P

ditionem accepit, ex pacto et iureiurando pollicitus, se neminem eorum aut turbaturum, aut occisurum, aut in servitium abducturum esse. sed, sacramenti immemor et ulciscendi cupiditate atque ira incitatus, cunctos in parvo quodam campo coactos et vinctos cum uxoribus et liberis gladio trucidari iussit. quo supplicio etiam praefecti iis Buchalei affecti fuissent, nisi Mahometes beglerbegus vitam iis impetrasset, quod uxor Manuelis Buchalei ipsius soror sobrina esset. qui male gratias retulerunt. nam quum homines iis dedisset, ut tuto et citra laborem via e finibus amerae ducente procederent, Ponticum profecti ibique navigandi occasionem nacti, dolose homines a beglerbego sibi adiunctos interemerunt, et conscensa navi Corcyram, et inde rursus Neapolim profugerunt. itaque ipsi quidem servituti se modo qualicunque eripuerunt; sed Manuelis Buchalei socer, Georgius Palaeologus, matris beglerbegi, ut ante significavi, frater consobrinus, ferro vinctus ducebatur. is enim, Leontario profugus, cum genero Spartam discesserat, ut Demetrio despotae operam navaret, sed in obsidione Bordoniae et Trypes, accepto vulnere, captus et vin-

τὸν δεσπότην κὺρ Θωμᾶν. ὡς δὲ ἰάθη ἀπὸ τοῦ τραύματος, περιωρισμένου δὲ ὄντος καὶ φυλαττομένου ὅπως δήποτε περὶ τὸ Δυρράχιον, ἀπατήσας τοὺς φυλάσσοντας ἔφυγε, καὶ πάλιν προσέρχεται τῷ δεσπότῃ κὺρ Δημητρίῳ, καὶ ἐν τῷ Ναυπλίῳ τὸν πλείονα καιρὸν διέτριβε διὰ τὸ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ ὑπάρχειν ἐν τοῖς τῶν Ἑνετῶν.

19. Τοῦ οὖν ἀμηρᾶ δουλώσαντος, ὡς δεδηλώκαμεν, τὸ Λεοντάριον καὶ τὰ περὶ αὐτό, ἔτι δὲ καὶ τὸν ἅγιον Γεώργιον· ταῦτα γὰρ ἰδὼν ὁ Κροκόντηλος, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν Κροκόδειλος οἰκειότερον, προσεκύνησεν καὶ αὐτὸς τὸν ἀμηρᾶν, τὸ δὲ κάστρον τοῦ ἁγίου Γεωργίου καὶ τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ δέδωκεν αὐτῷ· αὐτὸς δὲ ἔλαβε χάριν τούτων τὸ ἐλωῒ ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὸ ἠλὶ καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτ' ἔστι θεέ μου θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες, ὡς εἰπεῖν μᾶλλον ἵνα τί μὴ καὶ αὐτὸν ἐγκατέλιπες, τῶν προελεχθέντων κακῶν πρωτεργάτην. τούτων οὖν ἐκεῖσε γινομένων ὁ δεσπότης κὺρ Θωμᾶς ἀφεὶς τὴν Καλαμάταν καὶ περάσας εἰς τὰ περὶ τὴν Κόσμαιναν καὶ τὸ Πεταλίδι, εἰσελθὼν εἰς τὸν Ἀβαρῖνον κἀκεῖθεν εἰς τὸ Μαράθιν, προγενέστερον τῆς βασιλίσσης καταλειψάσης τὴν Ἀρκαδίαν κἀκεῖσε ἀπελθούσης μετὰ τῶν παίδων αὐτῆς καὶ τῶν εὑρισκομένων ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ ἀρχόντων. ὁ δὲ ἀμηρᾶς παρέλαβεν αὐτά, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν Καρίταιναν, παρὰ τοῦ Σγουρομάλλη Πα- 91
λαιολόγου καὶ γυναικαδελφοῦ τοῦ μεγάλου Λουκάνη, ὃς προα-

8. ἔτι — Γεώργιον om P 9. κροκόνδειλος P 12. ἠλεὶ ἠλεὶ P 14. με] με καὶ αὐτὸν P μοι P 18. μαράνθι P

culis constrictus ad dominum quondam suum Thomam despotam adductus est. sed, sanato vulnere, quum custodiretur ad Dyrrhachium, deceptis custodibus, effugit iterumque adiunxit se Demetrio despotae, ac Nauplii aliquamdiu commoratus est, quoniam ibi in Venetorum ditione uxor et liberi eius vivebant.

19. Occupatis igitur, ut docuimus, Leontario locisque vicinis, et S. Georgio insuper, animadvertens id Crocontelus sive, ut aptius dicam, Crocodilus, ipse quoque ad eum defecit eique cum castro duos filios tradidit, habuitque eius rei praemium eloi sive eli et quae sequuntur, h. e. mi deus, mi deus, quare deseruisti me, sive, ut dicam melius, quare non et ipsum deseruisti commemoratorum malorum primum auctorem. haec dum illic fiunt, Thomas despota, relicta Calamata, Cosmaenam et Petalidium traiectus, Abarinum et inde Marathium venit, quum iam ante regina ex Arcadia exiisset atque illuc cum liberis et primoribus Arcadiae advenisset. itaque occupavit ea ameras, recepitque idem Caritaenam a Sguromalle Palaeologo et fratre uxoris magni Lucanis, qui, ut olim Arius, in sella familiarica,

πέθανεν εἰς ἀπόπατον διαβιβάσας τὴν ψυχήν, ὥς ποτε ὁ Ἄρειος ἔπαθεν, ἅμ' ἐγκάτοις, καὶ περάσας κατῆλθεν εἰς τὰ περὶ τὴν Ἀνδροῦσαν καὶ Ἰθώμην. καὶ λαβὼν αὐτὴν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πάντα ἀπῆλθε θεάσασθαι καὶ τὴν Κορώνην, εἶτ' ἐκεῖθεν διέβη καὶ εἶδε τὴν Μοθώνην, εἶτα τὴν Πύλον τὴν καὶ Ἀβαρῖνον. καθ' ἣν ἡμέραν καὶ ὁ δεσπότης κὺρ Θωμᾶς ἐξῆλθε τῆς Πελοποννήσου· προητοίμασε γάρ τινα πλοιάρια, καὶ ἐλθὼν ἐν τῷ λιμένι τῷ παρ' Ἰταλοῖς καλουμένῳ Πόρτῳ λόγγῳ, ἵνα ἐκεῖθεν εὐπλώϊμον καιρὸν εὑρὼν εἰς Κέρκυραν ἀπέλθῃ. ὃ δὴ γέγονε, καὶ τῇ κη' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἀπεσώθη εἰς Κέρκυραν. εὑρόντες δὲ καὶ ἡμεῖς πλεύσιμον ἀπαγόμενον ἐκεῖσε, ἐμβάντες τῇ ια' Ἰουλίου διὰ τὸ ἐπιγενέσθαι καὶ μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν θανατικὸν ἐν τῇ Μοθώνῃ, τῇ β' τοῦ Αὐγούστου ἀπεσώθημεν εἰς Κέρκυραν, ἔχοντες τὸν σκοπὸν ἵνα ἀπέλθωμεν εἰς τὴν Κρήτην ἢ εἰς τὴν περὶ τὴν Θεσσαλονίκην Βερροίαν, διὰ τὸ εἶναι κἀκεῖσε καλλίστην μονὴν εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου Νικολάου, ἥνπερ ὁ τῆς μητρός μου πατὴρ ἀνήγειρεν ἐκ βάθρων. τοῦ δὲ Ῥαοὺλ Γεωργίου καὶ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ καὶ θυγατρὸς προαπελθόντων, ἐπαρώτρυναν καὶ τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ τόν ποτε μελλόγαμβρόν μου Νικόλαον τὸν Μελισσηνόν, αὐτὸς δὲ πάλιν ἐμέ· ἔτι δὲ καὶ τοῦ δεσπότου μετὰ καὶ τῶν ἄλλων ἐκεῖσε παραγενομένου ἀπήλθομεν χἠμεῖς, προσμεῖναι ἐκεῖ ἕως οὗ ἴδωμεν τὸ μέλλον. τοῦ δ'

8. πόρτο λόγκο P

emissis visceribus, animam exspiravit, ac transiit in viciniam Andrusae et Ithomes. his quoque oppidis cum omni regione finitima occupatis, Coronam visum abiit, atque inde rursus Mothonam traiecit ac Pylum sive Abarinum. quo die etiam Thomas despota, exstructis ante navibus, e Peloponneso discessit et ad portum longum, quem Itali dicunt, profectus est, ut inde, idoneam nactus tempestatem, Corcyram navigaret. ita factum est, pervenitque die mensis Iulii 28 Corcyram. nos quoque navigium eodem profecturum nacti, Iulii die 11 solvimus, quod praeter reliquas miserias pestifera lues Mothonen invaserat, et delati sumus Corcyram die 2 Augusti. erat autem consilium inde in Cretam vel Berrhoeam prope Thessalonicam proficisci, quoniam illic monasterium pulcherrimum erat, in honorem sancti Nicolai ab avo meo materno a fundamentis exstructum. Georgius Raulus autem et gener et filia eius, ante illuc profecti, consobrinum suum, qui quondam meus erat futurus gener, Nicolaum Melissenum, ut eodem discederet, cohortati erant, atque hic rursus mihi idem suaserat. itaque et despota et reliquis illic commorantibus, nos quoque abivimus, exspectaturi, quid futurum esset. interim ameras, occupata Ar-

ἀμηρᾶ λαβόντος τὴν Ἀρκαδίαν, κἀκεῖθεν διερχομένου εἰς τὰ κάτω μέρη τῆς Πελοποννήσου καὶ λαβόντος πάντα τὰ ἐκεῖσε, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ ἰσχυρότατον Χλομούτζην καὶ τὸ Σανταμαρίν, ἃ ἐκέκτηντό τινες τὸ ἐπίκλην μπεγλερμπεΐδες, καὶ αὐτοὶ φοβούμενοι εἴασαν πάντα κωφά, καὶ ἀπῆλθον καὶ αὐτοὶ εἰς Κέρκυραν. ὁ δὲ ἦλθε μέχρι καὶ Πάτρας κἀκεῖσε προσέμεινε. καὶ τὰ Καλάβρυτα λαβών, ἔνθα ὁ ἡγεμονεύων οὔτε τοῖς δεσπόταις οὔτε τῷ ἀμηρᾷ ἐφύλαττε πίστιν, ἀλλ' οὐδ' εἰς θεόν, ὡς νομίζω, αὐτὸς μὲν ὁ ἀμηρᾶς ἔδωκε δίκην ἀξίαν αὐτῷ· ἐλέπισε γὰρ αὐτόν, οἱ δ' αὐτοῦ πάντες οἱ μὲν ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλὰς οἱ δὲ αἰχμάλωτοι ἀπήχθησαν. τὸ δὲ ἄστυ ὁ ἀμηρᾶς καλῶς ἀσφαλισάμενος καὶ παντὶ τόπῳ ἀφεὶς στρατιώτας, ἐγερθεὶς ἀπὸ τῆς Πάτρας διέβη εἰς τὰ περὶ τὸ Σαλμενικὸν καὶ Λίστραιναν καὶ Βοστίτζαν· καὶ τὴν μὲν Βοστίτζαν καὶ Λίστραιναν ἔλαβε, τὸ δὲ Σαλμενικὸν ἐκράτησε μέχρι τινός τις Παλαιολόγος λεγόμενος τὸ ἐπίκλην Γραίτζας.

Τοῦ δὲ δεσπότου, ὡς εἴπομεν, πανοικὶ ἐλθόντος εἰς Κέρκυραν, προσῆλθον αὐτῷ καὶ γράμματα ἀπὸ τοῦ πράκτορος τοῦ Ἀγγελοκάστρου διαλαμβάνοντα οὕτως, ὅτι τῷ Ἀμηρᾷ ὄρεξις ἦν ἵνα προσέλθῃ αὐτῷ τις τῶν τοῦ δεσπότου ἀρχόντων, καὶ γενήσηται συμβίβασις καὶ ἀγάπη ἀμφοτέροις, καὶ δοθῇ παρ' αὐτοῦ τόπος μετά τινων συμφωνιῶν τῷ δεσπότῃ πρὸς

1. παραλαβόντος P   2. ἔλαβε P   17. Γαΐσζας P   19. πραίτωρος P

cadia, in partem inferiorem Peloponnesi profectus, cuncta eius regionis loca cepit, ipsamque adeo firmissimam Chlomutzam et Santamarium, quae a quibusdam beglerbegis tenebantur, qui et ipsi, metu perculsi, omnia deseruerunt et Corcyram venerunt. ille Patram usque processit, ibique mansit. captis Calabrytis, eius urbis praefectum, qui nec despotis, nec amerae, nec vero deo, opinor, fidem servarat, supplicio dignissimo punivit. quippe pellem ei detrahi iussit, et cives aut iugulavit aut captivos abduxit. urbe bene munita et ubivis relictis praesidiis, ameras Patra movit et Salmenicum, Listraenam et Bostitzam transiit, ac Bostitza et Listraena quidem potitus est, sed Salmenicum Palaeologus quidam, cognomento Graitzas, aliquamdiu servavit.

Despota igitur cum tota familia Corcyram profecto, literae ei a procuratore Angelocastri allatae sunt, quibus scriptum erat, ameram quempiam e proceribus despotae ad se mitti cupere, ut amicitia et concordia inter ipsos conciliaretur, et locus aliquis despotae cum conditionibus quibusdam a se daretur, in quo is vitam ageret. re

τὸ ζῆν. συνδιασκεψάμενος οὖν σὺν τοῖς αὐτοῦ ὁ δεσπότης, ἔδοξεν αὐτῷ καλὸν εἶναι ἵνα ὁ μὲν Ῥάλης Γεώργιος ἀπέλθῃ πρὸς τὸν ἀμηρᾶν, ὁ δὲ γαμβρὸς αὐτοῦ Ῥαοὺλ Γεώργιος ἀπέλθῃ πρὸς τὸν πάπαν, ἵνα ὁ μὲν καὶ ταῦτα καὶ τὴν εἰς Κέρκυραν τοῦ δεσπότου ἐπιδημίαν δηλώσῃ τῷ πάπᾳ, ὁ δὲ ἴδῃ καὶ B μάθῃ τίς ὁ τοῦ ἀμηρᾶ σκοπός. οἳ καὶ ἀπῆλθον, ὁ μὲν τῇ θ' ὁ δὲ τῇ ια' Αὐγούστου. θανατικοῦ δ' ἐπιγενομένου καὶ εἰς τὴν Κέρκυραν πόλιν ὁ δεσπότης καὶ ἡμεῖς ἀπήλθομεν ἐν τοῖς περιχωρίοις, ἐκδεχόμενοι καὶ τὰ τῶν πρεσβυτῶν ἀποτελέσματα. ὁ μὲν οὖν Ῥάλης Ἰωάννης διελθὼν διὰ τοῦ Ἀγγελοκάστρου ἔφθασε τὸν ἀμηρᾶν εἰς τὰ περὶ τὴν Βέρροιαν· καὶ εὐθὺς προστάξαντος αὐτοῦ ὅ τε Ῥάλης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πάντες ἐδεσμεύθησαν καὶ οἱ πόδες αὐτῶν ἠσφαλίσθησαν σιδήροις. διαβιβάσαντες οὖν οὕτως δέσμιοι, μετά τινας ὁδοὺς ἡμερῶν εἰς τοὺς περὶ τοῦ μαύρου ὄρους βουνοὺς ἠλευθέρωσεν αὐτούς, εἰπὼν ὅτι ἐγὼ ἐκδεχόμην πλησίον τῆς Πελοποννήσου εὑρισκομένου μου ἐλθεῖν τὸν δεσπότην, ἢ στείλῃ τὸν υἱὸν αὐτοῦ μετὰ ἀρχόντων, καὶ γένηται χάρις πρὸς αὐτόν, καὶ κάθηται, καὶ ζῇ. ἐπεὶ οὖν οὐδὲν γέγονε, πάλιν λέγομεν, γενηθήτω, εἰ θέλει, καὶ ἀπελθόντος σου ἐλθέτω ὁ δεσπότης, ἢ ἐξαποστειλάτω ἕνα τῶν παίδων αὐτοῦ, ᾧ καὶ ποιήσωμεν χρηστά. ἐπιστρέψαντος δὲ τοῦ Ῥαοὺλ ἀπράκτου τῷ Ὀκτωβρίῳ τοῦ ͵ϛϡξθ' ἔτους, καὶ τῇ ιϛ' Νοεμβρίου ἐμβὰς ἔν τινι τῶν

2. Ῥαοὺλ Ἰωάννης P 6. κθ^{η} P 7. ιϛ^{η} P 9. πρέσβεων P
16. ἐκδεχόμενος P 23. ͵αυξα^{ῳ} P

cum suis deliberata, despota e re fore existimavit, ut Georgius Rales ad ameram, Georgius Raulus autem, gener eius, ad papam proficisceretur, ut alter hoc ipsum et despotae in Corcyra commorationem papae nuntiaret, alter videret et exploraret, quo spectaret consilium amerae. itaque illi discesserunt, alter nono, alter undecimo die Augusti. mox autem quum pestis etiam Corcyram urbem invasisset, despota et reliqui in loca vicina concessimus, legatorum exspectantes reditum et quid allaturi essent nuntii. ac Iohannes Rales quidem, trans Angelocastrum profectus, ubi prope Berrhoeam ad ameram venit, statim iussu eius cum omnibus comitibus vinctus et compedibus ferreis adstrictus est. quum ita vincti processissent dies aliquot, ad colles montis nigri eos liberavit, et exspectasse se dixit, ut, quum esset prope Peloponnesum, aut veniret ipse despota, aut filium cum proceribus mitteret, ac se illi benefacturum sedemque stabilem, in qua viveret, donaturum fuisse. quorum quum neutrum factum sit, inquit, iterum, ut fiat, suademus, et post reditum tuum aut veniat despota, aut unum e filiis mittat, cui benefaciamus. itaque quum Raulus re in-

Κερκυραίων πλοίων ὁ δεσπότης κὺρ Θωμᾶς μετὰ τῶν πλειόνων ἀρχόντων αὐτοῦ διέβη εἰς τὸν Ἀγκῶνα, ἵνα ἐκεῖθεν πρός τε τὸν πάπαν καὶ τὸν δοῦκα Μεδιολάνων καὶ ἀλλαχοῦ ἀπέλθῃ, εἰς Κέρκυραν καταλείψας τήν τε βασίλισσαν καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ καί τινας τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ οἰκειακοὺς καὶ οἰκέτας τῶν αὐτῷ ἑπομένων. οὗ δὴ κἀμὲ πολλὰ διορισαμένου καὶ ζητήσαντος ἵνα ἢ σὺν αὐτῷ ἀπέλθω ἢ ἐν Κερκύρᾳ μετὰ τῆς βασιλίσσης μείνω, ἄρχων τοῦ ὀσπιτίου αὐτῆς· ἐγὼ δὲ διά τε τὸ ἔλεος τοῦ τὰ πάντα καλῶς οἰκονομοῦντος θεοῦ, διά τε τὴν λύπην ὧν ἐγέννησα, διά τε τὴν ἀταξίαν πάντων τῶν τοῦ οἴκου αὐτῶν ἀνήκοος ἐγενόμην εἰς τὰ ἀμφότερα. ἀλλ' ἐπιμείναντός μου καὶ ἑτέρῳ καιρῷ ἐν τῷδε τῷ χωρίῳ ὀνόματι Μολυβατινὰ ἐν ᾧ ἦμεν, ὅτε καὶ ὁ δεσπότης ἦν ἐν τῷ Χλομῷ διὰ τὸν φόβον τοῦ θανατικοῦ ὡς δεδήλωται. καὶ μετὰ καιρὸν δὲ κάθισμα εὑρὼν τὸ εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου Ἡλίου πλησίον τοῦ ἄστεως, ἀπελθόντος μου ἐκεῖσε κατῴκησα Σεπτεμβρίου ἕκτῃ τοῦ ͵ϛϡο΄ ἔτους. κατέμενον μετὰ τῶν ἐμῶν, καὶ μόνον ἐδεόμην τοῦ θεοῦ ἵνα ἡμᾶς ἐλεήσῃ καὶ ἐξοικονομήσῃ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος. διαβιβάσαντός μου οὖν ἐκεῖσε μῆνας πέντε, καὶ πρός τινα καιρὸν οὐδὲν ἐνοήσαμεν ἀναπαυθῆναι μετὰ τῶν ἐχόντων τὸ τοιοῦτον κάθισμα. καὶ διὰ τὸ ἔξειν ἡμᾶς πλείονα τὸν πολυπλασιασμὸν τοῦ καλοκαγαθοῦ φίλου καὶ πνευματικοῦ πατρὸς Δω-

10. ἣν ἐγέννησα διὰ τὴν P 13. μολυβαντινὰ P 14. χωρίῳ P 17. ͵αυξβ^θ P 21. ἀναπεισθῆναι P 22. τοῦτο P

fecta redisset mense Octobri anni 6969, Thomas despota, die 16 Novembris Corcyraeorum navem ingressus, cum proceribus suis plerisque Anconam traiecit, inde ad papam et Mediolanensium ducem et alio profecturus, in Corcyra relictis regina et filiis et nonnullis procerum, qui eum sequebantur, familiaribus et domesticis. equidem, multum ab eo invitatus et rogatus, ut aut comitarer se, aut Corcyrae manerem in aedibus reginae, per misericordiam dei cuncta bene moderantis, et propter luctum eorum, quos procreaveram, et rerum omnium in illius domo perturbationem, neutram conditionem accepi, sed mansi Molybatinis, quo loco etiam ante fueram, quum despota metu pestis, ut significavimus, Chlomi versaretur; et mox cellula inventa in monasterio prope urbem in honorem sancti Eliae exstructo, illuc sedem transtuli die 6 Septembris anni 6970. ibi cum meis mansi, et tantummodo precatus sum deum, ut misereretur nos et pro benignitate et caritate sua in nos decerneret. commoratus sum ibi menses quinque, atque intellexi procedente tempore, neutiquam nos tranquillo animo frui posse cum iis, qui id monasterium tenerent; itaque ob crebriorem

ροθέου, εὑρισκομένου αὐτοῦ εἰς τὴν μονὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων Ἰάσωνος καὶ Σωσιπάτρου, εὑρόντες καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν τριάκοντα δύο ἱερέων τοῦ ἁγίου Νικολάου κάθισμα τὸ ἐπονομαζόμενον τοῦ Ταρχανιώτου, παρελάβομεν αὐτὸ Μαρτίου ιε΄ τοῦ ͵ςϡο΄ ἔτους, καὶ κατέμενον μετὰ τῶν ἐμῶν. ὁ δὲ δεσπότης κὺρ Θωμᾶς φθάσας εἰς τὸν Ἀγκῶνα κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ῥώμην οὐδὲν ἄλλο κατώρθωσεν εἰ μὴ ὅτι ἔδωκε τῷ πάπᾳ Πίῳ δευτέρῳ ἐν τῷ β΄ ἔτει τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ πρωτοκλήτου Ἀνδρέου, κἀκεῖνος αὐτῷ μόλις πρὸς τὸ ζῆν μετὰ τῶν αὐτοῦ ἐδωρήσατο τὴν μόνην καὶ ἀναγκαίαν τροφήν. ὡς οὖν εἶδον οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ ἄρχοντες καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Κερκύρᾳ ἀπομείναντες ἤκουσαν μὴ εἶναι οὐδεμίαν ἐλπίδα
92 *βοηθείας, διεσκορπίσθησαν, οἱ μὲν ἔνθεν οἱ δὲ κἀκεῖθεν, κλαίοντες τὴν δυστυχίαν αὐτῶν. τότε δὲ καὶ ὁ ἠγαπημένος μοι ὑπὲρ υἱόν, ὅ ποτε μελλόγαμβρός μου Νικόλαος ὁ Μελισσηνός, ὁ τοῦ μεγάλου πρωτοστράτορος υἱὸς τοῦ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, εὑρὼν νῆαν ἐμπορικὴν Κρῆτα τοῦ Σοφολέου ὀνομαζομένου, ἐρχομένην ἐκ τῆς Ἐνετίας, ἐμβὰς ἐν αὐτῇ διέβη εἰς πόλιν Κυδωνίας ἐν τῇ Κρήτῃ τοῦ Ἀπριλλίου ια΄ τοῦ ͵ςϡο΄ ἔτους, κλαύσαντες καὶ θρηνήσαντες πρότερον ἡμεῖς περὶ τῆς στερήσεως αὐτοῦ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν λίαν καλὸν πρός με. ἐκεῖ δὲ γυναικὶ συζευχθεὶς πρεσβύτερος ἐγένετο,*

15. *δὲ καὶ*] *δὴ* P 17. *τοῦ ἐν — γῆς* om P 18. *σοφοκλέους ὀνομαζομένην* P

quoque optimi et benevoli patris spiritualis Dorothei consuetudinem, qui in monasterio sanctorum apostolorum Iasonis et Sosipatri erat, etiam nos ex ordine triginta duorum sacerdotum sancti Nicolai cellulam nacti sumus Tarchaniotae quae dicitur, die 15 Martii anni 6970, ac mansi ibi cum meis. Thomas autem despota, Anconam atque inde Romam profectus, nihil aliud effecit, nisi ut, quum ipse Pio secundo papae anno pontificatus eius secundo e reliquiis apostoli primum vocati, sancti Andreae, caput dedisset, ille sibi vix ad sustentandam suam et suorum vitam necessarium victum praeberet. ut igitur proceres cum secuti viderunt, et qui in Corcyra relicti erant, audiverunt, nullam spem auxilii reliquam esse, alii alio dissipati sunt, calamitatem suam deplorantes. tum etiam filio mihi carior futurus gener meus, Nicolaus Melissenus, magni protostratoris filius, navem mercatoriam Cretensem Sopholei cuiusdam Venetiis venientem conscendit, et Cydoniam, Cretae urbem, traiecit die 11 Aprilis anni 6970, quem nos nobis eripi vehementer dolebamus et lugebamus, quoniam miri-

καθὼς ὕστερον ἔμαθα καὶ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γράμματα ἔλαβον. τοῦ δὲ δεσπότου κὺρ Θωμᾶ διαβιβάσαντος καιρόν τινα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔδοξεν αὐτῷ ἐπαναστραφθῆναι πρὸς τὴν αὐθεντίαν τῶν Ἑνετῶν, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν εἰς τὸν Ἀγκῶνα, τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ βασιλίσσης τῆς Σερβίας ἐκεῖθεν ἀπελθούσης· καὶ διατρίψασα ἡμέρας τινὰς εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ, ἐκεῖνος μὲν ἐδιέβη πάλιν εἰς Ῥώμην, ἡ δὲ βασίλισσα διελθοῦσα ἀπῆλθεν εἰς Ἐπίδαυρον τοῦ Ἰλλυρικοῦ. ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς ἡ βασίλισσα κακῶς διάγουσα ἐν Κερκύρᾳ, ἐλεηθεῖσα ὑπὸ τοῦ θεοῦ, τῷ αὐτῷ ἑβδομηκοστῷ ἔτει Αὐγούστου ιϛ' ἀπέθανε καὶ ἐτάφη ἐν τῇ τῶν ἁγίων ἀποστόλων μονῇ, Ἰάσωνος λέγω καὶ Σωσιπάτρου.

Ὁ δὲ τῶν ἀσεβῶν ἔξαρχος τῷ αὐτῷ δὴ ἔτει ἀπελθὼν κατὰ τοῦ Σφεντιάρη παρέλαβε τὴν ἐκείνου περιβόητον πόλιν Σινώπιον ὀνομαζομένην, ὃ δὴ κἀγὼ ἐθεασάμην. οὐ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα αὐτοῦ τόπον παρέλαβεν, ἔτι δὲ καὶ τὴν Κερασοῦντα καὶ τὴν Τραπεζοῦντα ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ Δαβὶδ τοῦ Κομνηνοῦ τοῦ ἐκεῖσε τότε βασιλεύοντος, καὶ ἅπασαν τὴν περίχωρον αὐτῶν, τοῦ βασιλέως Τραπεζοῦντος λέγω καὶ πάντων σχεδὸν τῶν ἐκεῖσε ἀτυχῶν καὶ ἀνωφελεστάτων αὐθεντῶν καὶ ἀρχόντων, οὓς ἐξελθὼν ἐκεῖθεν κοτῴκισεν αὐτοὺς ἐν τῇ Ἀνδριανουπόλει, ἔνθα δὴ καὶ ὁ τῆς Πελοποννήσου αὐθέντης ἦν ὁ δεσπότης κὺρ Δημήτριος, ᾧ καὶ δέδωκεν ἔχειν εἰς ζωάρ-

10. κϛη P 19. περιοχὴν αὐτοῦ P 21. ἐκβαλὼν P

fice erga me officiosus erat. ibi, uxore ducta, presbyter factus est, ut postea e literis eius ad me datis cognovi. Thomas despota autem, aliquamdiu Romae commoratus, ad civitatem Venetorum, atque inde Anconam redire statuit, unde filia eius, regina Serviae, discessura erat. itaque quum ad visendam eam urbem dies aliquot ibi haesisset, ipse Romam rediit, regina Epidaurum in Illyricum abiit. huius mater, regina, quae Corcyrae vitam miseram degebat, miserante deo, ipso septuagesimo anno aetatis, Augusti die 16, mortua et in sanctorum apostolorum, Iasonis, inquam, et Sosipatri, monasterio sepulta est.

Princeps autem impiorum eodem anno Sphentiarem adortus, celebrem illius urbem Sinopium occupavit, quam ipse vidi: nec vero hanc solam urbem, sed etiam omnem vicinam regionem; praeterea Cerasuntem et Trapezuntem, Davidi Comneno regi ereptas, et universam regionem circumiacentem illorum principum, h. e. regis Trapezuntiorum et reliquorum prope omnium principum et procerum ibi habitantium, quos inde discedens Adrianopolim traduxit, ubi etiam Peloponnesi princeps, Demetrius despota, erat, cui, unde ipse et

κειαν αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ τὴν μεγάλην Αἶνον, τὴν Λῆμνον, τὴν Ἴμβρον καὶ τὴν Σαμοθράκην. τῷ δὲ τῆς Τραπεζοῦντος βασιλεῖ τῷ Κομνηνῷ κὺρ Δαβὶδ χωρία τινὰ δώσας ἐπὶ τὸ μαῦρον ὄρος κατῴκισεν αὐτόν· ὃν δὴ καὶ μετά τινος χρόνου μικροῦ παραδρομήν, εὑρὼν τάχα κατ' αὐτοῦ αἰτίαν τινὰ οὐκ ἀληθῆ, πάντα τὰ ἑαυτοῦ ὑπάρχοντα ἀφείλετο, κἀκεῖνον πνιγμῷ ἐτελείωσε. τῷ δὲ ἔαρι τοῦ αὐτοῦ ἔτους διέβη ὁ ἀμηρᾶς εἰς τὴν μεγάλην Βλαχίαν καὶ ἐδιόρθωσε τὰ κατ' αὐτὴν ἐκεῖσε ἐνεργούμενα, καὶ ἐπιστρέψας ἐποίησε στόλον, καὶ ὥρμησεν ὁ στόλος προστάγματι αὐτοῦ κατὰ τῆς Λέσβου, ἣν καὶ παρέλαβεν.

20. *Τῷ δὲ Νοεμβρίῳ τοῦ αὐτοῦ ͵ϛϡοα' ἔτους ἐπιδραμόντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Τουραχάνη Ἀμάρη ἠχμαλώτισε πᾶσαν περὶ τὸν Ναύπακτον τῆς Αἰτωλίας τὴν αὐτοῦ περιοχήν, τὸν Γαλατᾶν λεγομένην, καὶ οὐ τοὺς Ἑνετοὺς μόνον ἀλλὰ καὶ τοὺς τελοῦντας αὐτῷ τοῦ τῆς μικρῆς Βλαχίας Φλαμπούρου. ὅπερ μαθὼν ὁ τῶν Ἑνετῶν τριήρεων ναύαρχος, καὶ δραμὼν πρὸς ἐπικουρίαν εἰς τὴν ἀντίπερα πόλιν τοῦ ἀμηρᾶ, Βοστίτζαν ὀνόματι, διελθὼν ἐνέπρησεν αὐτὴν καὶ ἠχμαλώτευσεν ἅπασαν πλὴν τοῦ Κουλᾶ μόνου· καὶ ἀγαγὼν τοὺς Βοστιτζανοὺς*
B *ἐν τῷ Ναυπάκτῳ μετὰ τῶν ἑαυτοῦ ἐναλλαγὴν ἐποιήσατο. καὶ δὴ προμελετωμένης οὔσης τῆς μάχης τοῦ γενέσθαι κατὰ τοῦ ἀμηρᾶ ὑπὸ τῆς τῶν Ἑνετῶν γερουσίας, τοῦτο δὴ τὸ ἔργον ἀπεκάλυψεν αὐτὴν καὶ ἀρχὴ κατέστη. καὶ ἐλθόντος τοῦ κα-*

13. *πάντας τοὺς περὶ* P 14. *αὐτοῦ* om P 15. *λεγόμενον* P
20. *Καλαμόνου* P

qui eum comitabantur, victum haberent, magnam Aenum, Lemnum, Imbrum et Samothracen donavit. Davidi Comneno autem, Trapezuntiorum regi, cui et ipsi loca quaedam tribuit, ad montem nigrum domicilium assignavit: quem tamen brevi post, reperta adversus eum causa quadam falsa, facultatibus omnibus spoliatum, suffocari iussit. vere eiusdem anni in magnam Valachiam concessit, rebusque huius provinciae ordinatis, reversus est et classem exstruxit, quae, Lesbum missa, eam insulam in potestatem redegit.

20. Novembri eiusdem anni 6971 Amares, Turachanis filius, incursione facta, omnem regionem Naupacto Aetoliae adiacentem, quam Galatam dicunt, occupavit, nec solos Venetos, sed etiam tributarios sibi incolas oppidi parvae Valachiae, quod Phlaburum appellatur. quod ut cognovit Venetarum triremium praefectus, auxilio advolavit et urbem amerae e regione sitam, Bostitzam nomine, adortus incendit, totamque occupavit praeter solum Culam. incolas deinde Naupactum abductos cum suis commutavit. ceterum bello a senatu

θόλου ναυάρχου ὀνόματι Ἀλουϊσίου Λαυρεδανοῦ μετὰ πολλῆς παρασκευῆς καὶ ἑτοιμασίας καὶ δυνάμεως, ἔπιασε τὸν τῆς Πελοποννήσου Ἰσθμὸν καὶ ᾠκοδόμησεν αὐτόν, κακῶς δὲ διὰ τὴν συντομίαν· οὐ γὰρ ἐν τῷ συντόμῳ τὸ ἀσφαλές, ὡς ὁ λόγος. εἶτα πολεμήσας τὴν Κόρινθον καὶ μὴ τυχὼν τοῦ ἐλπιζομένου, ἀφεὶς τὸν Ἰσθμὸν ἀνεχώρησε. τῷ δὲ ͵ϛϡοβ΄ ἔτει παρέλαβον τὴν Μονεμβασίαν οἱ Ἐνετοί, οὐ τοσοῦτο θελήσει καὶ χάριτι τοῦ κυριεύοντος αὐτὴν ὅσον ἀνωφελείᾳ τοῦ ἡγεμονεύοντος ἐν αὐτῇ ἄρχοντος· ὥσπερ δὴ ὁμοίως ἀνωφελείᾳ καὶ ἀτυχίᾳ τοῦ ἡγεμόνος τῆς Λήμνου πολίχνιον τὸ λεγόμενον Παλαιόκαστρον ἐκλάπη μᾶλλον παρὰ τῶν ἐν αὐτῷ τυχόντων ξένων καὶ ἐδόθη τῇ αὐθεντίᾳ τῶν Ἐνετῶν· καὶ ἐξ αὐτοῦ, δῆλον τοῦ πολιχνίου, ἅπασαν τὴν νῆσον ἐκληρώσαντο. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Λέσβον ἀπελθόντος αὐτοῦ δὴ τοῦ Λαυρεδανοῦ καὶ πολεμήσαντος αὐτήν, οὐχ ἔπραξέ τι καὶ ἀνεχώρησεν ἄπρακτος.

Τῷ δὲ ἔαρι τοῦ ͵ϛϡογ΄ ἔτους ὁ δεσπότης κὺρ Θωμᾶς ἐμήνυσεν ἵνα οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ ἡ θυγάτηρ ἐκεῖσε ἀπέλθωσιν ὅπου κἀκεῖνος ἦν· καὶ ἐγένετο, ὅτε ἀπεσώθησαν μετὰ νηὸς εἰς τὸν Ἀγκῶνα, καὶ μόνον ἤκουσεν ὅτι ἐν Ἀγκῶνι παρεγένοντο ἐν Ῥώμῃ ὤν, καὶ μὴ φθάσας ἰδεῖν αὐτὰ Μαΐου ιβ΄ ἐν Ῥώμῃ πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν, ὑπάρχων ἐτῶν νϛ΄, καὶ πρός τι μικρόν. καὶ ὄντων τῶν παίδων εἰς Ἀγκῶναν ἐπιστολὴν

22. πεντήκοντα τριῶν P

Venetorum adversus ameram iam ante decreto, illa res eius ordiendi occasionem praebuit et initium eius fuit. advenit enim summus classis praefectus Aloysius Lauredanus cum magno apparatu et copiis, atque Isthmum Peloponnesi occupavit et munivit, male tamen propter festinationem: etenim in festinatione non est securitas, ut in proverbio est. deinde Corinthum aggressus, sed spe frustratus, relicto Isthmo, discessit. anno autem 6972 Veneti Monembasia potiti sunt, non tam voluntate et gratia eius, qui urbi praeerat, quam eiusdem inertia: quemadmodum inertia et infortunio praefecti Lemni factum est, ut oppidulum, quod Palaeocastrum dicitur, a peregrinis, qui intus aderant, subreptum, rei publicae Venetorum traderetur: ex quo deinde oppidulo profecti, tota insula potiti sunt. quin etiam Lesbum idem Lauredanus profectus et bello adortus, frustra laboravit, et re infecta rediit.

Vere anni 6973 Thomas despota filios et filiam ad se venire iussit. accidit autem, quum navi Anconam delati essent, ut ille Romae, audito tantum de eorum adventu, priusquam eos videret, ad dominum migraret mensis Maii die 12, annos natus 56 et paulo plus.

ἔγραψεν ὁ καρδινάλης Βησσαρίων πρὸς τὸν παιδαγωγὸν αὐτῶν οὕτως.

21. *Ἐπιστολὴ πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ εἰρημένου καρδινάλη πρὸς τὸν παιδαγωγὸν τῶν προρρηθέντων παίδων εἰς Ἀγκῶνα.*

Εὐγενέστατε ἄνερ καὶ ἡμῶν φίλτατε φίλων, ἐδεξάμην καὶ πρότερον καὶ νῦν διὰ τοῦ Ἑρμητιανοῦ γράμματα τῆς εὐγενείας σου, πρὸς ἃ οὐκ ἀπεκρινάμην, ἀναμένων ἵνα γένηταί τις ἀποκατάστασις εἰς τὴν πρόνοιαν τῶν αὐθεντοπούλων. ἐπειδὴ οὖν νῦν ἐγένετο, νῦν καὶ γράφω. παραμυθεῖσθαι μὲν καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς αὐθεντοπούλους διὰ τὴν ἀφόρητον λύπην τοῦ μακαρίτου ἐκείνου καὶ ἁγίου δεσπότου οὐκ ἔστι τοῦ παρόντος καιροῦ· διὸ παραιτήσομαι τοῦτο τὰ νῦν. γίνωσκε δὲ ὅτι ὁ ἁγιώτατος πάπας διὰ παρακλήσεως φίλων τινῶν καὶ οἰκείας καλοθελείας ἔταξε νὰ δίδῃ κάθε μῆνα τὰ αὐθεντόπουλα δουκάτα τριακόσια, ὥσπερ ἔδιδε καὶ τῷ ἁγίῳ δεσπότῃ. θέλει δὲ καὶ ὁρίζει ὁ ἁγιώτατος πάπας ἵνα τὰ μὲν διακόσια κατὰ μῆνα νὰ εἶναι διὰ τὰ τρία ἀδέλφια ἐπίσης ἀνέγκιστα, νὰ ἐξοδιάζωνται εἰς τροφὴν ἐκείνων καὶ ἀνθρώπων ὑποχειρίων αὐτῶν μικρῶν, ἓξ ἢ ἑπτὰ τοῦ καθ' ἑνός, καὶ εἰς ἀγορὰν καὶ τροφὴν ἀλόγων τεσσάρων τὸ ὀλιγώτερον, καὶ εἰς ῥόγαν τῶν αὐτῶν ὑποχειρίων, καὶ εἰς ἐνδύματα τῶν αὐθεντοπούλων, νὰ

3. hanc epistolam primus edidit Io. Meursius Hesychii sui Illustris p. 57—64 (I) 7. *Ἑρμηνιακοῦ* P 13. *ὅτι ὁ*] *ὡς* I 14. *τιμιῶν* P 15. *ἔταξεν ἵνα δίδωνται κατὰ μῆνας τοῖς αὐθεντοπούλοις* I *κατὰ* P 16. *ἐδίδω* I 18. *νὰ εἶναι*] *μεῖναι* I

cuius quum liberi adhuc Anconae essent, Bessario cardinalis epistolam ad paedagogum eorum dedit, hoc exemplo scriptam.

21. Epistola a cardinali, quem dixi, ad paedagogum liberorum modo appellatorum Anconam missa.

Vir nobilissime et amicissime, accepi tum prius, tum nunc per Hermetianum literas tuas, ad quas non respondi, quoniam exspectare statueram, donec rebus adolescentum principum consultum foret. quod quum iam factum sit, nunc ad te scribo. consolari vos et principes de morte acerbissima beati illius et sancti despotae, non est huius loci: quare huius rei veniam a te peto. scito autem, sanctissimum papam, amicorum quorundam auctoritate et sua ipsius benevolentia commotum, statuisse, principibus mensibus singulis numos aureos trecentos pendere, quos hucusque beato despotae pendebat. vult autem ac decrevit sanctissimus papa, ut ducenti numi singulis mensibus aequaliter distribuantur tribus fratribus, ut impendantur ad alendos ipsos et sex septemve singulorum ministros, ad emendos et alendos

εἶναι καλὰ ἐνδύματα, καὶ κάπου νὰ περισσεύσῃ καὶ τίποτες τὸν καθ' ἕνα, διὰ νὰ βοηθηθῶσι κάπου εἰς ἀσθένειάν τους ἢ εἰς ἄλλην ἀνάγκην. καὶ τοῦτο θέλει νὰ γένῃ ἐξ ἅπαντος, καὶ νὰ μηδὲν γένῃ ἀλλέως. τὰ δὲ λοιπὰ ἑκατὸν δουκάτα τὸν μῆνα ἤγουν χίλια καὶ διακόσια τὸν χρόνον νὰ ἐξοδιάζωνται 93 εἴς τινας ἄρχοντας καὶ καλὰ πρόσωπα, ὁποῦ νὰ εἶναι μετ' αὐτῶν νὰ τὰ δουλεύουν καὶ νὰ τὰ συντροφιάζουν καὶ νὰ τὰ φυλάττουσιν. ἀκούσας δὲ ὁ ἁγιώτατος πάπας τὸ πόσοι εἶναι αὐτοῦ ὑπερεθαύμασε καὶ καταγινώσκεταί μας· καὶ γὰρ ἐὰν εἰς τὸν αὐθέντην τὸν μακαρισμένον ἐκεῖνον τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐθαύμαζον πῶς εἶχεν ἐδῶ τόσους καὶ ἐκατηγόρουν τον ὅτι εἰς τὴν ξενιτείαν νὰ τρέφῃ τόσους μὲ ξένα δουκάτα καὶ ξένας ἐλπίδας, πόσῳ μᾶλλον τώρα, ἐποῦ ἦλθον καὶ ἄλλοι πλειότεροι παρὰ ὁποῦ ἦσαν ἐδῶ, καταγινώσκοντές των καὶ κατηγοροῦσί των, καὶ μάλιστα εἰς αὐθεντόπουλα νέα καὶ ὀρφανά, ὁποῦ οὔτε ἀξίωμα οὔτε ὄνομα οὔτε φήμην ἔχουσι. καὶ οὐ μόνον καταγινώσκουσί τους, ἀλλ' οὐδὲ βούλονται νὰ ἐξοδιάζωσιν ἕνα τορνέσιν πλέον, καὶ ἅμποτες μᾶς τὸ ἔταξαν νὰ τὸ φυλάξωσι τελείως καὶ νὰ μηδὲν μεταβληθῶσιν, ὥσπερ ἐποίησαν καὶ ἄλλοτε. δι' αὐτὸ εἶναι χρεία νὰ φροντίζῃ ἡ εὐγένειά σου μετὰ τοῦ ἄρχοντου τοῦ Κριτοπούλου τοῦ ἰατροῦ

1. τύποτα I 4. ἄλλως I 6. ὁποῦ γαεῖναι ἀσυτὰ τῶν καταδουλεύουν I 9. καταγινώσκων ὑμᾶς P 12. μὲξ ἕνα I 14. τὸν καὶ κ. τόν M 18. τορνέσι P ἅμποτε P 21. ἄρχοντος τοῦ κρητοπούλου P

quatuor minimum equos, ad ministrorum stipendia et principum vestimenta, quae pulcra sint necesse est, et de cuiusvis portione aliquantulum comparcitor, ut habeant, quo utantur, si forte in morbum vel alias angustias inciderint. atque haec quidem omnino ita fieri, nec fieri quidquam aliter, iubet. reliqui autem centum numi aurei singulorum mensium, vel mille et ducenti totius anni, impendantur in stipendia procerum aliquot et hominum elegantium, qui cum pricipibus vivant et consuetudinem habeant, iis serviant et eos custodiant. certior autem factus sanctissimus papa, quot huc advenerint, miratus est et subirascitur. si enim beatae memoriae principem, talem virum, mirati sunt et vituperarunt, quod tot huc ministros adduxisset, quos pecunia et liberalitate aliena sustentaturus esset, quanto magis nunc, quum alii plures huc immigrarint, principibus praesertim pueris et orbis succensendum est, qui nec dignitate, nec titulis, nec fama nobiles sunt! nec iis irascuntur solum, sed vetant etiam, vel unum teruncium supra pecuniam decretam impendi, mandaruntque mihi monerem, ut accurate haec fierent neve quidquam immutaretur, quemadmodum

τοῦτο, ὁποῦ κατὰ τὸ παρὸν ἔχετε τὴν φροντίδα τῶν αὐθεντοπούλων. ἐπαναστήσωμεν τίς νὰ τὰ διοικῇ, ἢ τίς εἶναι ἀναγκαῖος νὰ κρατηθῇ. καὶ μετὰ ταῦτα θέλουσι μερισθῆν μετὰ βουλῆς ἐδικῆς μας εἰς ἐκείνους ὁποῦ θέλουσιν ἀπομένειν. ἐμένα γοῦν προηγουμένως φαίνεταί με ὡς ἀναγκαιότατον ὁποῦ δὲν ἠμπορεῖ νὰ λείψῃ, πρῶτον ὁ ἰατρός, δεύτερον ὁ διδάσκαλος Ἕλλην, τρίτον ὁ διδάσκαλος Λατῖνος, τέταρτον ὁ δραγουμάνος· οὗτοι γοῦν εἰσὶν ἀναγκαιότατοι καὶ δὲν ἠμπορεῖ νὰ λείψωσιν. ἔτι δὲ καὶ εἷς ἢ δύο παπάδες Λατῖνοι εἶναι ἀναγκαιότατοι διὰ νὰ ψάλλωσι λειτουργίαν Λατινικὴν συνεχῶς. εἶναι γὰρ χρεία νὰ ζῶσι τὰ παιδία Λατινικῶς, ὥσπερ ἐβούλετο καὶ ὁ μακαρισμένος πατήρ των. καὶ οἱ ἄρχοντες ὁποῦ θέλουσιν εἶσθαι μετ' ἐκείνους, εἶναι χρεία νὰ προσέχωσιν εἰς τοῦτο, νὰ μηδὲν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα, ὡσὰν τὸ ἐποίησαν εἰς τὴν στράταν ὁποῦ ἤρχεσθε, διότι ἂν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν, εἶναι χρεία νὰ φεύγωσι καὶ ἀπὸ τὴν Φραγγίαν· οὐδὲ τινὰς γὰρ θέλει ἄνθρωπον ὁποῦ τὸν ὀνομάζει ἄπιστον καὶ αἱρετικόν, καὶ ἀποστρέφεταί τον φανερά. ἀφ' ὅτου γοῦν τοῦτοι οἱ ἀναγκαῖοι οὓς εἴπαμεν νὰ κατασταθῶσι καὶ στηθῇ τὸ μερτικόν των, τότε θέλει εἶσθαι. τοῦτο δὲ θέλω τὸ καὶ τάξειν ἐγὼ ἐδῶ καὶ θέλω τοὺς κατα-

1. τούτων I 2. ὥστε νὰ θήσωμεν P ἢ δὶς ἔναι I, qui ἔναι pro εἶναι saepissime. 3. μερισθῇ P, μερισθεῖν I 4. ἀπομείνῃ P 5. ὑπορεῖ I 8. εἶναι βολετὸν P ὑπορεῖ I 12. ὁ πατήρ I 17. διϊνὰς I 20. καὶ νὰ σταθῇ P 21. κοιτάξῃ P καταστήσῃ P

alias factum est nonnunquam. quare necesse est, vir nobilissime, tibi et Critopulo medico V. Cl. nunc quidem curae sint res principum; atque eligemus nos praeterea, qui eas administret et strenue regat. deinde singulari hic consilio deliberabitur, qui locus domicilio iis assignandus sit. ac quantum quidem statim decerni potest, maxime opus sunt, quorum deesse nemo poterit, primum medicus, deinde magister Graecus, tum magister Latinus, postremo interpres. hi igitur plane necessarii sunt et omnino deesse non possunt. praeterea opus est uno vel duobus sacerdotibus Latinis, qui perpetuo canant liturgiam Latinam. etenim pueros Latino more vivere oportet, id quod etiam ipse pater eorum voluit. itaque qui eos comitabuntur proceres, videant necesse est, ne principes ex ecclesia secedant propter commemorationem papae, quemadmodum in itinere factum est. nam si ex ecclesia secedant, eos e Francia quoque secedere oportet. nemo enim hominem tolerat, qui se impium et haereticum appellet et manifesto fugiat. quare ii, quos necessarios esse dixi, suum iudi-

στήσειν, τότε θέλετε ἰδεῖν τὸ ὑπόλοιπον πόσον εἶναι καὶ πόσον ἀπομένει ἀπὸ τὰ ͵ασ' φλωρία. καὶ τότε ἡ εὐγένειά σας ὅλοι ἀντάμα θέλετε ἀποκαταστήσειν τίς νὰ ἀπομείνῃ καὶ τί νὰ ἔχῃ ὁ καθεὶς μετὰ βουλῆς ἡμετέρας. ἐμένα οὖν φαίνεταί μου, ὅτι ὅσον εἶναι πλείονες καὶ ἐλαφρώτεροι ὁποῦ μέλλουν νὰ ἀρκεθοῦν μὲ ὀλίγον ὁ καθεὶς, εἶναι δὲ ἄλλως χρήσιμοι, τόσον θέλει εἶσθαι κάλλιον, διότι θέλουσιν ἔχειν τὰ παιδία πλείονα συντροφίαν καὶ πλείονα δουλοσύνην καὶ πλείονα τιμήν. ὅμως τοῦτο θέλομεν τὸ σκέψασθαι ἀντάμα, καὶ θέλομεν ποιήσειν τὸ κάλλιον. ἡ εὐγένειά σου εἶναι κατὰ τὸ παρὸν ὥσπερ διοικητὴς τῶν παιδίων μετὰ τοῦ Κριτοπούλου. εἶναι γοῦν ἀνάγκη πρὸ πάντων νὰ φροντίζετε τὴν παίδευσίν των καὶ τὰ ἤθη των, νὰ γίνουν καλὰ καὶ πεπαιδευμένα, ἂν θέλετε νὰ ἔχουν τιμὴν ἐδῶ. εἰ δὲ μὴ, θέλουν τὰ καταφρονήσειν καὶ αὐτὰ καὶ ἐσᾶς ἐδῶ, καὶ οὐδὲ στραφεῖν θέλουν να σὰς ἰδοῦν. μὲ τὸν μακαρίτην τὸν αὐθέντην τὸν πατέρα τους ἐσυντύχαμεν περὶ τούτου· καὶ ἐκεῖνος ἐβούλετο νὰ τὰ B ἐνδύσῃ καὶ νὰ ποιήσῃ νὰ ζοῦν Φράγγικα παντελῶς, ἤγουν νὰ ἀκολουθοῦσι τὴν ἐκκλησίαν κατὰ πάντα ὡσὰν Λατῖνοι καὶ οὐχὶ ἀλλέως, νὰ ἐνδύνωνται Λατινικῶς, νὰ μάθουν, νὰ γονατίζουν τοὺς ὑπερέχοντας καὶ πάπαν καὶ καρδιναλίους καὶ

1. ἰδῆτε P 2. ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἓξ P 3. ἐνθάμα I θέλετε ἀποκαταστήσῃ ὅλοι ἀντ. τίς νὰ ἀπομένῃ P 4. ἐμὲ P 5. με P καὶ om P 7. ἔχῃ P 10. ποιήσῃ P εἶσαι P 11. κρητοπούλου P 13. γένουν P 14. καταφρονήσῃ P 15. στραφῇ P 16. τοῖς I 17. νὰ τὸ π. P 20. ἐνδ.] πορεύωνται P 21. καρδιναλέας I

canto curare, ut ita fiat. praeterea volo et illis commendo, ut videant, quantum relinquatur de florenis mille et ducentis. hoc autem tu, vir nobilissime, una nobiscum delibera, quis retinendus sit et quid cuique muneris tribuendum. ac mihi quidem videtur, quo plures sint et propter minutos labores minori contenti stipendio, hoc pulcrius fore, quoniam pueri plus habebunt comitum, ministrorum et honoris. sed hoc una deliberabimus et quam fieri potest pulcerrime instituemus. interim tu nunc quidem cum Critopulo res puerorum administra. itaque necesse est ante omnia, eorum educationi et moribus prospiciatis, ut urbani et eruditi fiant, si eos hic in aliquo honore esse vultis. quod nisi fiat, et ipsi et iuvenes hic negligemini, nec ulla vestri existimatio erit. de qua re cum beatae memoriae principe, illorum patre, collocutus sum, voluitque is, ut omnino mores Francorum imitarentur et induerent, h. e. ut ecclesiae interessent plane eodem, quo Latini, modo, ut Latino vestimento

τοὺς ἄλλους αὐθέντας, νὰ ἀποσκεπάζωνται τὸ κεφάλι τους, νὰ τιμῶσι τοὺς χαιρετῶντας αὐτούς, ὅταν ὑπάγουν νὰ ἰδοῦν καρδινάλιν ἢ ἄλλον ὅμοιον αὐθέντην, νὰ μηδὲν καθίσουν ποσῶς, ἀμὴ νὰ γονατίζουν καὶ ἀπέχει ὅταν τοὺς εἴπῃ ἐκεῖνος νὰ σηκωθοῦσιν. ὁ δὲ μακαρίτης, ἐκεῖνος ἔλεγεν ὅτι καὶ πολλάκις αὐτοὺς τὸ εἶπε νὰ μηδὲν καθίσωσιν. αὐτὰ οὖν ὅλα ἐνθυμᾶσθέ τα νὰ τοὺς νουθετήσετε καὶ νὰ τοὺς παιδεύσετε καλά. ἔτι ποιήσετε ὅτι τὸ βάδισμά τους νὰ εἶναι σεμνὸν καὶ τίμιον, ἡ ὁμιλία τους χρησιμωτάτη καὶ ἡ φωνή τους νὰ εἶναι μετρία καὶ ἠρέμη, τὸ βλέμμα τους προσεκτικόν, νὰ μηδὲν χάσκωσιν ἐδῶθεν κἀκεῖθεν. ἂς τιμοῦν πάντας, ἂς ἀγαποῦν πάντας, ἂς συντυχαίνωσι πάντας καὶ τοὺς ἐδικούς των καὶ τοὺς ξένους μετὰ τιμῆς. νὰ μὴν εἶναι ἀλαζονικοί, ἂς εἶναι ταπεινοὶ καὶ ἤρεμοι. καὶ μηδὲν ἐνθυμοῦνται ὅτι εἶναι βασιλέως ἀπόγονοι, ἀμὴ ἂς ἐνθυμοῦνται ὅτι εἶναι διωγμένοι ἀπὸ τὸν τόπον των, ὀρφανοί, ξένοι, ὁλόπτωχοι, ὅτι εἶναι χρεία νὰ ζοῦν ἀπὸ ξένα χέρια, καὶ ὅτι ἂν δὲν ἔχωσιν ἀρετήν, ἂν δὲν εἶναι φρόνιμοι, ἂν δὲν εἶναι ταπεινοί, ἂν δὲν τιμῶσι πάντας, οὐδὲ τοὺς θέλουν τιμήσειν οἱ ἄλλοι, ἀμὴ θέλουν τοὺς ἀποστρέφεσθαι πάντας. αὐτὰ οὖν ὅλα φροντίσετέ τα καλὰ ἡ εὐγένειά σου μετὰ καὶ τοῦ Κριτοπούλου, ἐπειδὴ τὸ γομάρι ἐπάνω σας εἶναι. πρὸς τούτοις ἂς ἐπιμελοῦνται νὰ μάθουν γράμματα, νὰ προ-

5. ἀσυχωθῶσιν P 9. τοῖς χρησιμωτάτοις I 15. τους P
17. δὲν] δέῃ I 18. ἂν δὲν εἶναι ταπεινοί om I τιμήσῃ P
19. πάντες?

uterentur, reverenter salutarent papam, cardinales et reliquos primores, detecto capite, ut honorem exhiberent salutantibus, ut, si adirent cardinalem vel alium similem principem, non assiderent, sed flexis genibus procumberent, donec ab illo iuberentur surgere. dixitque beatus ille vir, saepe se iis imperasse, ut ne considerent. quae igitur omnia vobis commendo, ut moneatis principes et probe eos educetis. praeterea curae vobis esto, ut incessus eorum gravis sit et magnificus, sermo consideratus, vox modesta et placida, vultus verecundus neve huc illuc vagus. erga omnes comes et officiosi sunto, omnibus tum suis tum alienis blandi et affabiles, minime gloriosi, sed demisso et sedato animo. nihil superbiunto, quod imperatoris posteri sint, sed cogitanto, se e patria eiectos, orbos, hospites, mendicos esse, qui aliorum beneficiis egeant ad vitam sustentandam, nec, nisi virtutem colant, prudentes ac modesti sint, omnes honorifice habeant, ab aliis honorifice habitum iri, sed in omnium venturos esse invidiam. quae omnia tu, vir nobilissime, cum Critopulo considera, quandoquidem id oneris tibi impositum est. praeterea operam danto

κόψουν, νὰ μὴν ἐνθυμοῦνται ὅτι εἶναι εὐγενικοί. ἡ εὐγένεια χωρὶς ἀρετῆς δὲν εἶναι τίποτες καὶ εἰς πάντας μὲν τοὺς αὐθέντας, ὁποῦ ἔχουν καὶ μεγάλας αὐθεντίας καὶ ἀρχάς, καὶ μᾶλλον εἰς αὐτοὺς ὁποῦ ἔχασαν ὅλα. διὸ ἂς σπουδάζουν νὰ μάθωσιν, ἂς ἔχουν εὐπείθειαν καὶ ὑποταγὴν καὶ ὑπακοὴν εἰς τὴν εὐγένειάν σου, καὶ εἰς τὸν ἰατρὸν ὁποῦ τοὺς ἐνέθρεψε, καὶ εἰς τὸν διδάσκαλόν των, καὶ ἂς σᾶς ὑπακούωσι, καὶ ἂς ποιοῦν τὸ τοὺς λέγετε ἐξ ἅπαντος. ἂς μάθῃ ὁ καθεὶς ἀπ' αὐτοὺς ἐκ στήθους ἕνα προσφώνημα τὸ πλέον μικρὸν εἰς τὸν πάπαν, νὰ τὸ εἴπωσι τὸν πάπαν γονατιστοὶ καὶ ἀποσκέπαστοι ὅταν ἔλθωσιν ἐδῶ, καὶ νὰ μηδὲν γένῃ ἀλλέως. ὅταν περιπατοῦν εἰς τὴν στράταν καὶ οἱ ἄνθρωποι ἀποσκεπάζονταί τους καὶ τιμοῦν τους, ἂς ἀποσκεπάζωνται καὶ αὐτοὶ τὸ καπάσι των, ἢ ὁλότελα ἢ πλεῖον ἢ ὀλιγώτερον ὡς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. ὁμοίως καὶ ἂν ἔρχωνται ξένοι εἰς τὸ σπῆτι τίμιοι ἄνθρωποι νὰ τοὺς βλέπουσιν, ἂς τοὺς προσηκονοῦνται, ἂς τοὺς ἀποσκεπάζωνται, ἂς τοὺς παρεκβάνωσι κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. ἂς συντυχαίνωσι ὀλίγα μέν, ἔντιμα δὲ καὶ εὐχαριστικὰ καὶ ταπεινά, νὰ μὴν γελῶσι ποσῶς, νὰ μὴν διαχέωνται, ἀλλὰ μετὰ καθεστηκότος καὶ σοβαροῦ φρονήματος ἂς τοὺς συντυχαίνωσιν. εἰς τὴν τροφήν των ἂς εἶναι προσεκτικοὶ καὶ ἐγκρατεῖς. εἰς τὸ τραπέζι των ἂς κάθωνται μετὰ προσοχῆς καὶ παιδεύσεως. ἂν θέλετε νὰ εἶναι πεπαιδευμένοι εἰς τοὺς ἔξω, ποιήσατε νὰ εἶναι

7. τὸ] ἐκεῖνο ὁποῦ P

literis, ut progressus faciant, neve, quod principes sint, illis carere se posse existimanto. nobilitas, quae caret virtute, nihili est in omnibus principibus, etiamsi magna regna et bona habent, nedum in illis, qui rebus omnibus orbati sunt. quare necesse est, eos literas colere, obedientes obtemperantesque esse tibi, et medico, eorum qui valetudini prospicit, et magistro, dictisque vestris studiose audientes sunto. insuper singuli brevem aliquam orationem memoriae mandanto, qua papam flexis genibus et nudo capite salutent, quum huc venerint: quod cavento ne aliter faciant. si publice ambulantes ab hominibus salutantur aperiendis capitibus, ipsi quoque caput aut plane aut plus minusve pro cuiusvis conditione aperiunto. similiter si alieni honorati homines eos visum veniunt, digne hos excipiunto, caput aperiunto et pro sua quemque dignitate habento. loquuntor pauca quidem, sed ea laudabilia, gratiosa et placida, nunquam ridento aut cachinnantor, sed vultu severo et composito sermonem cum iis conferunto. in cibis capiendis temperanto sibi, tabulae modeste et verecunde assidento. si eos morum cultum coram

πεπαιδευμένοι εἰς τοὺς ἐδικούς των. ἂς μὴν ἀναισχυντοῦν τινά, συνηθίσετέ τους ἀπὸ τώρα καλὰ ἤθη καὶ ταπεινὰ καὶ ἥμερα. ἂς μανθάνωσιν ἀπὸ τώρα νὰ γονατίζουν ἐπιτήδεια καὶ εὔμορφα. καὶ νὰ μὴν τὸ ἔχωσιν ἐντροπὴν ὅτι μεγάλοι
91 ῥηγάδες καὶ βασιλεῖς τὸ ποιοῦσιν. ὅταν σεβαίνουν εἰς ἐκκλησίαν Λατινικήν, ἂς γονατίζουν καὶ ἂς εὔχωνται ὥσπερ οἱ Λατῖνοι. ὑπαγένετέ τους συνεχῶς εἰς τὰς ἐκκλησίας, εἰς τὰς λειτουργίας, καὶ ἂς στέκωνται μετὰ εὐλαβείας καὶ προσοχῆς, χωρὶς γέλωτος, χωρὶς λαλίας. ἂς γονατίζουν καὶ ἂς ἀποσκεπάζωνται ὥσπερ οἱ Λατῖνοι, καὶ ἂς μιμοῦνται ἐκείνους. ἂν οὕτως ποιῶσι, θέλουσι βοηθηθεῖν, θέλουν ἔχειν τιμὴν παρὰ πάντας, θέλω δυνηθεῖν καὶ ἐγὼ νὰ τοὺς συνεργῶ. εἰ δὲ τἀναντία ποιοῦσιν, ἐγὼ δὲν θέλω δυνηθεῖν νὰ τοὺς βοηθήσω οὐδὲ ὅλως, οἱ ἄνθρωποι θέλουν τοὺς ἀποστραφεῖν, καὶ τινὰς δὲν θέλει τοὺς τιμήσειν οὐδὲ ποσῶς.

Ταῦτα δὲν λέγω γράφειν τὴν εὐγένειάν σου καὶ τοὺς ἄλλους μὲ τόσην πολυλογίαν, εὔκαιρα καὶ μάταια· ἀλλὰ διὰ νὰ τὰ λέγετε συνεχῶς τὰ αὐθεντόπουλα, νὰ ποιήσητέ τους νὰ τὰ ἀναγινώσκῃ συνεχῶς ὁ διδάσκαλός των, νὰ τὰ ἀγροικοῦν καλὰ διὰ νὰ τὰ ποιῶσιν. ἐκείνους τὰ ἤθελα γράψειν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι ὡς νέοι ἀκόμι δὲν τὰ ἀγροικοῦν καλά, δι' αὐτὸ γράφω τα τὴν εὐγένειάν σου, νὰ τοὺς παραινῆτε καὶ

5. ἐμβαίνωσιν P 11. βοηθηθῇ P ἔχῃ P 12. δύνασθαι P
13. δυνηθῇ P, δυνασθὲν I 14. ἀποστραφῇ P 15. τιμήσῃ P
19. γρικοῦν P, ἐγροικοῦν I 21. γρικοῦν P, ἐγροικοῦν I

alienis praestare vultis, necesse est eos coram suis decorum servare doceatis. ut neminem laedant, assuefacite eos dehinc ad morum elegantiam, modestiam et lenitatem. discunto iam flexis genibus apte et eleganter salutare; neve pudeat eos facere, quod magni reges et imperatores faciunt. quando ecclesiam Latinam intrant, flectunto genua et precantor sicut Latini. ne negligatis eos ad missas et liturgias ducere, et assistunto verecunde et attente, sine risu vel garritu, flexis genibus et apertis capitibus, sicut Latini faciunt, qui omnino iis imitandi sunt. haec si fecerint, subsidiis non carebunt, apud omnes in honore erunt, et ipse, si quid potero iis operae praestare, studiose praestabo. si contraria fecerint, equidem nulla omnino re eos adiuvabo, homines eos negligent nec ullum iis honorem habebunt.

Haec tam copiose ad te, vir nobilissime, et reliquos scripsi, non ut levia et inania, sed ut moneatis ea perpetuo principes, per magistrum ea perpetuo iis legenda curetis, quo accuratius ab iis et intelligantur et fiant. ad ipsos haec scribere volebam; sed quia ut pueri ea non probe intellecturi erant, ideo ad te, vir nobilissime,

ἀπὸ λόγου μου καὶ ἀπὸ ἐδικοῦ σας νὰ ποιῶσιν ὡσὰν γράφομεν.

Ἐνταῦθα εἶναι θανατικὸν κατὰ τὸ παρόν. δι᾽ αὐτὸ ἐφάνη καλὸν μετὰ βουλὴν τῶν ἀρχόντων ὁποῦ εἶναι ἐδῶ, καὶ μὲ τὸ θέλημα τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, νὰ μὴν ἔλθουν τὰ αὐθεντόπουλα ἐδῶ διὰ τὸν κίνδυνον· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτοῦ εἰς τὸν Ἀγκῶνα νὰ εἶναι, ἐπειδὴ οὐδὲ αὐτὸς ὁ τόπος εἶναι γερός, ἀμὴ νὰ διαβῆτε νὰ ὑπάγετε εἰς ἄλλην χώραν τὴν λέγουσι Τζίκολον, ὁποῦ εἶναι καλὸς ἀήρ, νὰ στέκετε ἐκεῖ ἕως τοῦ Σεπτεμβρίου ἢ Ὀκτωβρίου μὲ τοὺς αὐθεντοπούλους καὶ τὴν αὐθεντοπούλαν. σκέψασθε ἐσεῖς ἐν τῷ μέσῳ ἂν πρέπῃ νὰ ἀπομείνουν αὐτοῦ πάντοτε, ὡσὰν βούλονται καὶ οἱ ἄρχοντες ὁποῦ εἶναι ἐδῶ. ὁ μακαριώτατος πάπας καὶ ἐγὼ γράφομεν τὸν λεγάτον τῆς μάρκας ὁποῦ νὰ σας βοηθήσῃ καὶ νὰ σας συνδράμῃ εἰς εἴ τι εἶναι χρεία. αὐτοῦ εἶναι καί τις ἐπίσκοπος ἐδικός μου, ὁποῦ εἶναι τοῦ Κώμου καὶ ἦτον καὶ δουλευτὴς τοῦ ἁγίου δεσπότου. τὸ Τζίκολον εἶναι ἐνοριά του, καὶ ἔχῃ καὶ ἐκεῖ καλὸν ὁσπήτιον, καὶ θέλει σας τὸ δώσειν νὰ κατοικήσετε ἐκεῖ, καὶ θέλει σας συνεργήσειν εἰς ὅτι εἶναι δυνατόν.

Ἐκ Ῥώμης Αὐγούστου θ΄, ͵αυξε΄ ἔτους. ὁ Βησσαρίων καρδινάλις καὶ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως.

7. εὔκρατος P 8. ὁποῦ τὴν λέγουσι τζέκουλον P 9. στέκωνται ἐκεῖ εἰς τὸν σεπτέμβριον ἢ ὀκτώβριον οἱ αὐθεντόπουλοι καὶ ἡ αὐθεντοπούλα P 12. καὶ οἱ ἄρχοντες om P 17. τζίκουλον P 18. δώσῃ P 19. σῃ P

scripsi, ut et meo et tuo nomine iis commendares, ut facerent quae scripsi.

Pestilentia nunc hanc urbem invasit. quare commodum visum est in concilio principum, qui hic sunt, et voluntate papae sancitum est, ut propter periculum principes huc ne veniant. at nec Anconae iis commorandum, quia ea quoque urbs peste infecta est, sed in regionem, quam Siciliam vocant, ubi aer saluber est, transeundum, ibique cum principibus ad Septembrem vel Octobrem commorandum. deliberate vos interim, semperne ibi habitare velitis, id quod iis, qui hic sunt, principibus placebit. ego et sanctissimus papa ad legatum comitatus scribemus, ut vobis auxilietur et praesto sit in re quacunque. ibidem etiam episcopus Comi est mihi subiectus et servus sancti domini. huius dioecesis Sicilia est, ubi pulcras aedes possidet, quas tibi tradet cum reliquis habitandas, omnino te, quantum poterit, adiuturus.

Romae die Augusti 9, anno 1465. Bessario, cardinalis et patriarcha Cpolitanus.

22. *Μαθὼν οὖν ὁ πάπας τὴν ἔλευσιν τῶν ἀρχοντοπούλων εἰς Ἀγκῶνα ἐξαπέστειλε διὰ ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς καὶ βοηθείας τοῦ αἰδεσιμωτάτου καρδινάλεως καὶ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Βησσαρίωνος, καὶ παρεγένοντο ἐν Ῥώμῃ, καὶ τὴν οἰκονομίαν ἣν ὁ πατὴρ αὐτῶν εἶχε δέδωκεν αὐτοῖς πρὸς τὸ ζῆν, καὶ τὸν πρῶτον υἱὸν τὸν κὺρ Ἀνδρέαν τὸν Παλαιολόγον δεσπότην ὁ πάπας τετίμηκε. τῷ δὲ ϛϡοδ' ἔτει Ὀκτωβρίου ιε' καὶ ὁ πνευματικὸς πατὴρ ἡμῶν καὶ ἀδελφὸς καὶ φίλος ἄριστος ὁ Δωρόθεος ἐν κυρίῳ ἐξεδήμησεν, ἡμᾶς δὲ κατέλιπε τὴν ἐκείνου λυπουμένους στέρησιν. κἀγὼ δ' ἀναγκασθεὶς ὑπὸ τῆς ἐνδείας, Ἀπριλλίῳ ιη' ἐξελθὼν παραγέγονα εἰς Ἀγκῶνα τῇ ιζ' Μαΐου· καὶ τῇ πρώτῃ πάλιν Ἰουνίου ἐξελθόντος μου ἀπῆλθον διὰ τῆς ὁδοῦ τοῦ Βιτέλμου, ἐπεὶ ἐκεῖσε εἰς τὰ θερμὰ ἦν ὁ καρδινάλις κὺρ Βησσαρίων καὶ πατριάρ-*
B *χης Κωνσταντινουπόλεως τῇ κλήσει, ὡς ἠκούσαμεν. καὶ δι' ἡμερῶν ἐννέα ἐφθάσαμεν εἰς Ῥώμην, καὶ κατελύσαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τῶν αὐθεντῶν ἡμῶν. τότε καὶ ὁ μακαριώτατος πάπας διὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου καρδινάλεως κὺρ Βησσαρίωνος ἐξαπέστειλε πρὸς τούσδε τοὺς δεσπότας, κὺρ Ἀνδρέαν λέγω τὸν δεσπότην καὶ κὺρ Μανουὴλ τὸν αὐθεντόπουλον, ἵν' εἰς γυναῖκα δώσωσι τὴν αὐτῶν ἀδελφήν τινι ἄρχοντι ἐκ γένους Παρακιόλῳ πλούτῳ τε καὶ γένει καὶ λαμπρότητι διαπρέποντι. καὶ τῆς συμφωνίας γενομένης ἡ τῶν μνήστρων ἱερολογία ὑπὸ τοῦ ἄκρου ἀρχιερέως διετελέσθη. ἡμεῖς οὖν οἱ τῆς νύμφης οἰ-*

10. *ὑστέρησιν* P 13. *βιτάλμου* P

22. Papa igitur, ut principes Anconam delatos audivit, diligentia, studio et ope reverendissimi cardinalis Bessarionis, patriarchae Cpolitani, curavit, Romam ut venirent, deditque iis, quod pater eorum ad vitam sustentandam habuerat, stipendium, ac filium natu maximum, Andream Palaeologum, despotae dignitate auxit. anno 6974, Octobris die 15, etiam spiritualis pater noster et frater et amicus optimus, Dorotheus, in domino ex hac vita excessit, et nos mortem suam deplorantes reliquit. itaque ego, inopia conflictatus, Aprilis die 18 nave soluta, 17 die Maii Anconam perveni; rursumque calendis Iuniis ex ea urbe egressus et trans Bitelmum profectus, quia illis aquis Bessarionem cardinalem, qui patriarcha Cpolitanus appellabatur, uti audieram, die nono Romam adveni ac diverti in aedes dominorum meorum. quo tempore sanctissimus papa opera venerandissimi viri, Bessarionis cardinalis, ad despotas, i. e. Andream despotam et Manuelem principem, misit, ut ii sororem suam homini principi, Paraciolo, opibus, genere et splendore insigni, uxorem darent. dictis conditionibus, inauguratio nuptialis a summo episcopo fa-

κιακοὶ παρὰ τοῦ νυμφίου πλείστας φιλοτιμίας ἐλάβομεν, εὐφραινόμενοι ἐν τῇ χαρᾷ. ἔνθα προσέμεινα ἡμέρας λς΄· καὶ τοὺς τῶν κορυφαίων ἀποστόλων ἐπισκεψάμενος τάφους καὶ πολλῶν ἄλλων ἁγίων, καὶ ἱστορήσας τὰ ἐν τῇ μεγάλῃ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, τῇ ις΄ Ἰουλίου ἐξελθὼν ἀπῆλθον διὰ τῆς εὐθείας ὁδοῦ εἰς Ἀγκῶνα, καὶ μικρόν τι προσμείνας διὰ θαλάσσης εἰς Ἐνετίαν ἀπῆλθον τῇ κη΄ τοῦ αὐτοῦ. καὶ προσμείνας ἐκεῖσε ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ Σταυροῦ ἡμέρας κς΄ ἕως τῆς κγ΄ Αὐγούστου, ὅθεν ὀψίᾳ σὺν θεῷ ἐξελθόντες ἀπεσώθημεν ἐνταῦθα εἰς τὴν Κέρκυραν, τῇ πέμπτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τοῦ ͵ςϡοε΄ ἔτους.

Καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἡμεῖς εἰς τὰ περὶ τὴν Ῥώμην διετρίβομεν, ὁ τῶν ἀσεβῶν ἔξαρχων ἀμηρᾶς ἐλθὼν κατὰ τῆς Ἀλβανιτίας καὶ διώξας τὸν αὐθέντην αὐτῆς τὸν Σκαντέρινο καὶ αἰχμαλωτίσας καὶ ἀφανίσας τὸν τόπον, καὶ κτίσας ἄστυ πλησίον τοῦ καθολικοῦ ἄστεως αὐτῆς, Κρούας ὀνομαζομένου, πρὸς τὸ ἀντιμάχεσθαι αὐτῷ, ἐπανέστρεψεν εἰς τὰ περὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν. καὶ τοῦ αὐτοῦ ͵ςϡοε΄ ἔτους τῷ θέρει ὁ Βίκτωρ Καππέλος ὁ καθολικὸς ναυάρχης τοῦ τῶν Ἐνετῶν στόλου ἀπελθὼν εἰς νῆσον Ἴμβρον παρέλαβεν αὐτήν, καὶ πάλιν ἀπελθὼν εἰς Ἀθήνας πᾶσαν τὴν τῶν Ἀθηνῶν πόλιν ἠχμαλώτευσεν· εἶτα ἐλθὼν περὶ τὸν Αὐγούστου μῆνα εἰς τὴν παλαιὰν Πάτραν ἐπῆρε τὴν χώραν. ἐπιδραμόντος οὖν τοῦ

14. Σκεντέρην P 19. καπέλος P

cta est. sponsae domestici a sponso muneribus amplissimis donati sumus, gaudio exsultantes. mansi Romae dies 36; deinde, apostolorum principum et aliorum multorum sanctorum spectatis sepulcris, et exploratis rebus, quae in magna ecclesia memorabiles essent, die 16 Iunii discessi et, recta Anconam profectus ibique aliquamdiu commoratus, per mare Venetias veni eiusdem mensis die 28. mansi ibi in monasterio Crucis dies 26, usque ad Augusti vicesimum tertium, ac sero, deo iuvante, inde egressus, Corcyram delatus sum Septembris die 5, anno 6975.

Quo autem tempore nos Romae morabamur, impiorum princeps et ameras, adversus Albanitas expeditione suscepta, horum ducem Scanterinum clade afflixit, omnia cepit, ac vastavit, et, condito oppido prope urbem eorum principem, quae Crua appellatur, ad eum inde lacessendum, Cpolim reversus est. aestate eiusdem anni 6975 Victor Cappelus, summus classis Venetae dux, Imbrum profectus, eam insulam cepit, rursumque Athenas delatus, totam urbem in potestatem redegit; deinde Augusto mense veterem Patram aggres-

τὰς καλογραίας τῆς πόλεως, ἀνεβόησαν ὕμνον τῇ Περσικῇ διαλέκτῳ πρὸς τὸν Μωάμεθ καὶ εὐφημίας πρὸς Μηρσαΐτην. καὶ τρὶς ἐποιήσαντο τοῦτο ἕως ὅτε αὐτὸς ἔλθῃ πρὸς τὴν μάχην. πλὴν καὶ σκουτάριον ἐβάσταζον ἔμπροσθεν τούτου μέγιστον παρὰ φύσιν, ὡς ἵνα θαυμάζωσιν ἀπὸ τούτου C τὰ μωροθαύμαστα ἔθνη τῶν Μουσουλμάνων τὸν Μηρσαΐτην ἐκεῖνον. αὐτὸς δὲ ὅταν πλησίον ἦλθε πρὸς τὰς συντάξεις τῶν Μουσουλμάνων, ἀνεβόησε μέγα "Ῥασούλ, Ῥασοὺλ Μαχουμέτη." καὶ γυμνώσας τὸ ξίφος καὶ ὠθήσας τὸν ἵππον, καὶ κράξας πρὸς τὰς συντάξεις τὸ ἀλὰχ ταγκρὺ Ῥασοὺλ Μαχουμέτη, συνανεβόησαν ἅμα καὶ τῶν Μουσουλμάνων τὰ πλήθη, καὶ μετὰ ὁρμῆς καὶ κραυγῆς καὶ κρότων καὶ ὀργάνων καὶ μυρίων ἄλλων ἀλαλαγμάτων καὶ σαλπίγγων ἔφθασαν εἰς τὰ τείχη τοῦ κάστρου ἀπὸ τῆς Ξυλοπόρτης ἕως καὶ τῆς Χρυσίας, τὴν αὐτὴν λέγω καὶ μίαν ὥραν τῆς ἡμέρας ἐκείνης. καὶ πᾶν πολεμικὸν ὄργανον ἔφερον ἀνὰ χεῖρας, καὶ ἠκούμβησαν εἰς D τὰ τείχη, ἔθηκαν σκάλας, ἀνέβαινων εἰς τὸ κάστρον, ἐτρυποῦσαν τοὺς πύργους. καὶ οὐδεὶς εὑρέθην ὁ ἐμποδίσας ἐκείνους ἐκ τοῦ μεγίστου φόβου καὶ δειλίας ὁποίας ἔλαβον οἱ Ῥωμαῖοι. τίς γὰρ οὐκ ἐτρόμαξε τὴν ὥραν ἐκείνην; τίς οὐκ ἔφριξε ταύτην τὴν θέαν; τίς ἀκοὴ φέρει τὸ ἄκουσμα, ποία ὄψις τὸ θέαμα; καὶ γὰρ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ μυριάδας βελῶν, τουτέστι σαγίττας, ἐτόξευσαν ἐπάνω τῶν Ῥωμαίων, καὶ

ut praedam rapinamque civitatis moniales sibi haberent, Mahomethi laudes ter Persica dialecto conclamarunt, necnon fausta Mersaitae precati sunt. et ter hoc, antequam ipse in pugnam procederet, peregerunt. et ante ipsum scutum maximum et praeter usum gestabant, ut inde Mersaitae nugarum admiratoribus Musulmanis maiorem admirationem cierent. ipse porro ad Musulmanorum ordines proxime accedens voce magna clamavit "Rasul Rasul Mahomete." et nudato gladio equoque concito ad instructas phalanges intonuit "Alatancry Rasul Mahomete." simul cum eo Musulmanorum multitudo conclamavit, et cum impetu et strepitu et plausibus et organis et sexcentis aliis clamoribus et tubarum sonitu ad muros urbis pervenere, a Xyloporta ad Chrysiam una eademque illius diei hora, et tum bellica instrumenta manibus advecta moenibus apponere, scalas appingere, castrum ascensu pertentare, turres perforare; nec fuit qui eorum impetum amoliretur, Graecis omnibus ingenti metu ac tremore oppressis. quis enim ea hora vacuus timore fuit? quis aspectu illo animo perculsus non est? quae auris auditionem sustinuit, quis visionem oculus? momento namque temporis sagittarum myriades in Romanos adversos proiectae extra intraque muros urbis ceciderunt, crebrae

ἔπεσον εἰς τὰ τείχη τῆς πόλεως καὶ ἐντός, ὥστε καὶ τὸν αἰθέρα ἐκάλυψαν καὶ αὐτὸ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἐσκέπασαν, καὶ ἡμᾶς πάντας φόβος ἐκράτησε καὶ δειλία ἐξέπληξε, καὶ μικρὸν ἀπεκρύβημεν. ἀλλ' οὐ μακράν, ἀλλ' ὄπισθεν τῶν προμαχιονίων ἐστάθημεν. ὡς δὲ οἱ Τοῦρκοι γυμνὸν τὸ κάστρον ἀπὸ P. 196 ἀνθρώπους ἰδόντες ὑπέλαβον ἀφυλάκτως εἶναι, καὶ μετὰ θράσους μεγίστου καθ' ἡμῶν εἰσβάλλουσι πάντες. καὶ οἱ μὲν μετὰ σκαλῶν ἀνέβαινον εἰς τὸ κάστρον, οἱ δὲ καὶ μὲ τὰς ἀγγύρας καὶ τὰς φάλκας ἐκείνας. ἄλλοι δὲ ἐτρυποῦσαν μὲ συστὰς τοὺς πύργους, ἄλλοι ἐχαλοῦσανε μὲ τζόκους τὸ κάστρον, ἄλλοι ἔκαψαν τὰς πόρτας τοῦ ἔξω κάστρου, καὶ πᾶν τολμηρὸν καὶ ἀνδρεῖον οἱ ἀσεβεῖς ἐποιοῦντο πρὸς κατάπληξιν τὴν ἡμετέραν. ταῦτα ὁρῶντες οἱ δυστυχεῖς καὶ ἀπελπισμένοι Ῥωμαῖοι εἰς ἑαυτοὺς ἐπανῆλθον, καὶ περιεργασθέντες πῶς πόθεν, ἀλλαχόθεν χεῖραν οὐκ ἔχοντες βοηθείας οὔτε τινὰ πρὸς τὸ διεγεῖραι καὶ παροτρῦναι τὸν λαὸν πρὸς τῶν Τούρκων B τὴν μάχην τὴν φρικτοτάτην ὥραν ἐκείνην. καὶ ἐξενεγκόντες οὗτοι ἑαυτοὺς διεγείρονται πρὸς ἀνδρείαν καὶ τόλμην. καὶ γὰρ οἱ δειλοὶ τὸ πρότερον καὶ φυγοὶ καὶ κατατρυπούμενοι ἄφνω τολμηροὶ εὑρέθησαν καὶ γενναῖοι πολεμισταὶ καὶ ἀνδρεῖοι καὶ περιφρονηταὶ τῶν πληγῶν καὶ δεινῶν λαβωμάτων καὶ τῶν παντοίων θανάτων. καὶ τῆς παναγίας τῇ βοηθείᾳ τῇ τόλμῃ ῥωσθέντες ὁρμῶσι ξιφήρεις κατὰ τῶν ἀσεβῶν καὶ

17. φρικωτάτην vulgo

adeo ut aërem cooperirent, lumen solis obtenebrarent, nosque in metum adducerent et animis dissolutis deterrerent. interim e conspectu eorum paululum subducimur, non longo tempore, et post propugnacula contegimur. ut Turcae nudum castrum hominibus conspexere, suspicati esse custodibus destitutum, ingenti cum audacia irruentes, hi quidem cum scalis castrum ascendere, alii cum ancoris, quas falcas diximus, alii systis turres perforare, et omne audax ac generosum facinus impii illi ad terrorem incutiendum audere. haec infelices Romani intuiti et fortunis suis diffisi, in se reversi, comperto nullum sibi aliunde affore auxilium, neque qui populum tremenda illa hora ad pugnam Turcarum excitaret et promoveret, e latebris se eduxerunt, ad robur et audaciam animantes. namque qui antea erant timidi, fugitivi, hostium invasionibus obnoxii, repente audaces et generosi et robusti bellatores, et plagarum et inhonestorum vulnerum et mortis omne genus contemptores facti sunt; et sanctissimae virginis ope audaces impios denudatis ensibus saxisque invadunt. et veluti fumo examinibus dissipatis, unus post alium concitatur, et sexus omnis consurgit et aetas,

μὲ λίθους, καὶ ὡς καπνοῦ κινήσαντες σμῆνος ἄλλος ὑπ' ἄλλῳ διεγείρεται, καὶ ἀνίσταται γένος ἅπαν καὶ ἡλικία πᾶσα, καὶ ἕκαστος μεθ' ὧν ἠδύνατο ὅπλων, ἕτεροι δὲ καὶ ἄνευ τῶν C ὅπλων, ἄλλοι μετὰ ξιφῶν τε καὶ κονταρίων. ἕτεροι δὲ οὐδὲ ἐξ αὐτῶν εὐποροῦσαν, ἀλλὰ τὰς ταύλας ὅπου ἐτρώγαν καὶ τὰ τυμπάνια τῶν βουτζίων ἔδησαν μὲ σχοινία, καὶ ἐβάσταζαν ἀντὶ σκουταρίων. τινὲς δὲ οὐδὲ μετ' αὐτῶν εἰς τὸν πόλεμον ἦλθον, ἀλλὰ μὲ λίθους καὶ μόνον ἐμάχοντο τολμηρῶς καὶ ἀνδρείως, ὡς κατάφρακτοι μετὰ παντοίων τῶν ὅπλων. καὶ ἕτερος ἕτερον καὶ ἄλλος ἄλλον, καὶ πρὸς ἀλλήλων ἀλλήλοις ἀνδρείως καὶ θαρσαλέως ἠγωνίζοντο, καὶ ἐπαροτρύναντο πρὸς τὴν σφοδροτάτην μάχην ἐκείνην, λέγων "ναὶ ὦ φίλοι, ὦ ἀδελφοί, ὦ συμπατριῶται, ἀγωνισώμεθα σήμερον, σπουδάσωμεν, προκινδυνεύσωμεν ἑαυτοὺς ὑπὲρ ἐμαυτῶν καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων καὶ ὑπὲρ ἐλευθερίας τοῦ γένους καὶ τῆς πατρίδος ἡμῶν καὶ D τῆς μεγαλοπόλεως ταύτης, καὶ τὸ μεῖζον, τῆς ἀληθοῦς πίστεως τῶν Χριστιανῶν. τί οὖν ἐὰν μὴ νῦν ἀποθάνωμεν; οὐ τεθνηξόμεθα πλέον; ποιήσωμεν τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν. δράμωμεν πρὸς τὸν κίνδυνον τοῦ πολέμου ὡς οἱ μάρτυρες πρὸς τὸ στάδιον τῶν τυράννων." ταῦτα διαλεγομένων καὶ παροτρυνομένων πρὸς ἀλλήλους ἔσπευδον πάντες, καὶ ἠγωνίζοντο ὡς κεχραιπαληκοὶ καὶ βεβαπτισμένοι ἐξ οἴνου, καὶ ὡς ἐξ συνθήματος ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄκρου τῆς πόλεως ἄχρι καὶ τοῦ ἑτέρου ἐν μιᾷ φωνῇ καὶ ὁρμῇ καὶ κραυγῇ κατὰ τῶν πολεμίων εἰσβάλλουσι, καὶ

1. κινήσαντος?

singuli cum armis quibus poterant, alii sine armis, alii cum ensibus et hastis. alii, quibus similia in promptu non erant, tabulis in quibus cibum sumebant, et dolii tympanis funibus alligatis pro scutis utebantur. quidam sine his in bellum processere, et lapidibus solummodo audacter ac viriliter, aeque ac si armatura varia essent muniti, cum hostibus certabant. sic unus cum alio et inter se singuli animose contendebant, et ad pugnam vehementissimam hortabantur. "agite o amici! o fratres! o cives! certemus hodie. vindicemus nobis ipsis, uxoribus, filiis sanguinis patriae et magnae huiusce urbis, et quod magis est, verae Christianorum fidei libertatem. nosmet pro nobis ipsis in periculum adducamus. an si nunc mortem non obimus, vita in posterum non deficiet? faciamus ut haec necessitas honoris studium videatur. curramus in belli discrimen, quemadmodum martyres ad tyrannorum stadia convolarunt." haec dicendo alius alium adhortari, contendere omnes, decertare, quemadmodum exaturati et vino madidi, et ex composito simul ab uno extremo civitatis ad aliud

σφοδροτάτου συρραγέντος πολέμου καὶ καρτερωτάτης τῆς μάχης ἐφ' ἱκανῆς τε τῆς ὥρας πολλοὶ ἐκ τῶν δύο μερῶν ἐλαβώθησαν καὶ ἀπέθανον. τὸ δὲ ἀκατάπληκτον τῶν ἀνδρικωτάτων καὶ γενναιοτάτων Ῥωμαίων δειλοὺς καὶ τρεπτοὺς τοὺς Μου- P. 197 *σουλμάνους ἀπέδειξεν. καὶ τοὺς μὲν ἀναβαίνοντας μετὰ τῆς φάλκας ἐπάνω τοῦ ἔξω κάστρου τὰς κεφαλὰς ἀπέτεμον τούτων καὶ πρὸς βασιλέα ἔφερον, τοὺς δὲ Μουσουλμάνους τοὺς ἄλλους τοὺς ἐτρυποῦσαν τὸ κάστρον καὶ τοὺς πύργους, ἀπέκτεινον ἐντὸς εἰς τὰς τρύπας. τὰ δὲ πλήθη τὰ ἄλλα τὰ γεγαυριωμένα καὶ ἐπηρμένα τῶν Τούρκων ἐλάβωσαν ἐφόνευσαν ἐδίωξαν, καὶ τὰ πολεμικὰ καὶ μαχιμώτατα τούτων ἔργα ἐπήρασι. καὶ μὴ μόνον οἱ στρατιῶται καὶ οἱ ἐπιστήμονες τοῦ πολέμου εἰργάζοντο ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τῆς πολιτείας οἱ ἄρχοντες καὶ τῆς χώρας οἱ ἐπιστήμονες καὶ τὸ κοινὸν ἅπαν καὶ* B *τῶν ἱερέων καὶ τῶν μοναχῶν τὰ συστήματα καὶ τῶν ἀρχιερέων οἱ κρείττονες καὶ πνευματικῶν τῶν ὁσίων οἱ ὁσιώτατοι· καὶ τῶν ἔξω χωρῶν οἱ ἄνθρωποι τολμηροὶ καὶ γενναῖοι καὶ περιφρονηταὶ τῶν πληγῶν καὶ τραυμάτων καὶ τῶν θανάτων ἐφάνησαν. ἀλλὰ καὶ γυναῖκες πολλαὶ εἰς ἀνδρὸς θάρσους μεταλλαττόμεναι ἐπὶ τοῦ πολέμου τὴν ὥραν φρικτοτάτην ἐκείνην οὐκ ἀπεκρύβησαν, οὐδὲ ὡς γυναῖκες ἐδειλίασαν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοῦ πολέμου τὴν ὥραν εἰς τὸ ἔξω κάστρον ἔφθασαν, καὶ αἱ μὲν πέτρας εἰς τὸ τεῖχος ἀνέβαζον πρὸς τοὺς πολεμιστὰς τῶν Ῥωμαίων, καὶ ηὕδρείωναν αὐτούς, καὶ ὠθοῦ-*

una voce et impetu, clamoreque in hostes irrumpere, et saevissimo proelio commisso et dirissimo conflictu ad longam horam multi ex utraque parte vulnerati mortem obire. tandem imperterritus validissimorum et generosissimorum Romanorum animus Musulmanos timore incusso profligavit. eorum qui cum falca ascenderant exterius castrum amputata capita ad imperatorem delata sunt: qui castrum turresque perforabant, inter ipsa foramina contrucidati. examina alia Turcarum superba ac tumida vulneribus confecerunt, in fugam verterunt, eorumque bellica instrumenta ac machinas depraedati sunt. neque tantum milites et pugnis exerciti haec operabantur, sed et rei publicae viri principes et civitatis periti et sacerdotum universitas et monachorum coetus et antistitum potiores et sanctorum confessorum sacerrimi. externae quoque regionis homines impavidi et generosi et plagarum et vulnerum mortisque ipsius contemptores agniti sunt. quinimmo pleraeque mulieres virilem audaciam induentes, horribili illa belli tempestate non se abdiderant, neque uti mulieres metu perculsae sunt, immo eo ipso tempore ad exterius castrum venientes partim saxa Graecis bellatoribus in moe-

σαν αὐτοὺς πρὸς τὴν μάχην καὶ τὸν πόλεμον· ἄλλαι δὲ
C ἐκρατοῦσαν ὠὰ καὶ στουππιά, καὶ τοὺς λαβωμένους ἰάτρευον·
ἄλλαι ὕδατα καὶ οἴνους ἐπότιζον αὐτοὺς φλεγομένους τῇ δί-
ψῃ ἐκ τοῦ πολέμου· ἄλλαι δὲ τοὺς γνησίους αὐτῶν ἀδελ-
φοὺς καὶ τέκνα καὶ τοὺς ὁμοζύγους κατεμπόδιζον μὴ κατα-
βῆναι ἀπὸ τοῦ τείχους τοῦ κάστρου καὶ τοῦ πολέμου σχολά-
σαι, ἀλλὰ ἀφόβως καὶ ἀκλονήτως καὶ θαρσαλέως πολεμίζειν
τοῖς Τούρκοις ἔλεγον. ἀλλὰ καὶ μετὰ προσοχῆς καὶ στρατιᾶς
ἐκεῖναι περιεπάτουν ἐκεῖσε. ἐστρατεύοντο δὲ καὶ πρὸς ἀλλή-
λας, μία τὴν ἄλλην ἐνουθέτει, καὶ ἔλεγεν "βλέπε μὴ πλη-
σιάσῃς τὸ κάστρον τὸ μέγα, ὅτι τῶν Τούρκων αἱ σαγίτταις
χρόνουν ἐκεῖσε καὶ εἰς τὸ μέρος ἐκεῖνο, ἀλλὰ περιπατεῖτε πλη-
σίον εἰς τὸ μέρος τοῦ ἔξω κάστρου, ἵνα σκέπεσθε ὑπὸ τού-
D του." πλὴν ἐλαβώθησαν καί τινες μὲ σαγίττας. καὶ οὐδὲ
αὐτὸ τὰς ἄλλας ἐθρόησεν ἵνα εἰσέλθωσιν ἐντὸς τοῦ κάστρου
τῆς πόλεως, ἀλλὰ ἐσπούδαξαν καὶ ἐκεῖναι τὸ δυνατὸν αὐτῶν
εἰς τὴν μάχην μέχρι τὸ πέρας ἴδωσι τοῦ πολέμου. ἐπεὶ δὲ
καὶ πρὸς δυσμὰς ἐξέκλινε τὸ φῶς τοῦ ἡλίου, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι
ἀκλονήτως ἵσταντο πρὸς τὴν μάχην τὴν φρικτοτάτην τῶν
Τούρκων καὶ ἠγωνίζοντο καὶ ἀνδρείως, οἱ ἀσεβεῖς ἀπὸ τού-
των καὶ ἄπρακτοι εὑρεθέντες καὶ αἰσχυνόμενοι καὶ ἡττημέ-
νοι ἀναιδῶς στραφέντες ἔφευγον. καὶ δῆλον ὅτι τὰ πολεμικὰ
καὶ μάχιμα τούτων ὅπλα τὰ μὲν πλησίον τοῦ κάστρου τοῖς
Ῥωμαίοις ἄκοντες καταλείψαντες, τὰ δὲ μακρότερα εὑρόντες

nia convehere, animos addere, compellere ad conflictum et pugnam, partim ova et stuppam deferentes vulneribus medicinam admovere, partim aqua vinoque ob bellum siti exsiccatos recreare; partim germanos sibi fratres et filios et lecti consortes impedire ne e castri muris descenderent bellandive finem facerent, sed intrepide inconcusseque et audacter Turcis pugnam intenderent. et hae ipsae attente ordinateque agmine composito per ea loca incedere, alia aliam exhortans ac instruens. "cave" dicebat "ne in magnum castrum proxime veneris: spissae enim eo Turcarum sagittae pervolant et loca infestant. via vestra ad exterius castrum deflectat, ut ab eo contectae tuto agere possitis." ex his nonnullae telorum ictibus vulneratae non ideo aliis timorem incusserunt, ut in castrum recederent, sed vires omnes suas in pugna illa exantlarent, donec belli finem conspexere. cum porro lumen solis ad occidentem deflecteret, et Graeci in terribili illo cum Turcis conflictu inconcussi starent et viriliter decertarent, impii his praepediti, nihil proficientes, dedecore onusti et summa infamia devicti, fugam arripiunt. notum est bellica eorum instrumenta, ac

τῷ πυρὶ παρέδωκαν. καὶ τέρας ἔδοξε τοῦτο καὶ ἐξαίσιον ἔργον, πῶς οἱ ἐπηρμένοι καὶ γαυριωμένοι τὸ πρότερον ἄφνω P. 198 κατηφεῖς εὑρέθησαν καὶ ἀχρεῖοι, καὶ πῶς οἱ πρότερον ἐπεθύμουν τὸν πόλεμον τῶν Ῥωμαίων ἀπαραπροσδοκήτως τὸ λοιπὸν ἔφυγον ἀπὸ τούτων. καὶ γὰρ ἀληθῶς τοῦτο ἔργον ἀοράτως ἐπέμφθη ἐκ δυνάμεως θείας. καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τοῦτο ἰδόντες διεπλήττοντο μὲν τὸ θαῦμα, ἔχαιρον δὲ τὴν φυγήν τε τῶν πολεμίων ἐκείνων, καὶ χαίροντες ἔλεγον "ὢ γλυκύτητα ἡμέρας ταύτης καὶ ὥρας, ὢ μεταλλαγῆς θαυμασίας καὶ ἐναλλαγῆς ἀνελπίστου, ὢ ἀπαραπροσδοκήτου ἐλευθερίας καὶ εὐφροσύνης, ὢ εὐθυμίας ἀνεκλαλήτου καὶ ἡδονῆς ἀνεκφράστου." καὶ γὰρ ταῦτα τῶν πολυάθλων Ῥωμαίων λεγόντων ἔχαιρον B ἅμα καὶ σκιρτῶντες εὐθύμουν, τὰς παλάμας ἐκρότουν, καὶ τρανῶς τὸν θεὸν εὐχαρίστουν, καὶ τὴν παναγίαν ἀνέπεμπον ὕμνους, καὶ ἐκ ψυχῆς δοξάζοντες ἔλεγον "τοῦτο τὸ πολυύμνητον καὶ πολυθρύλλητον καὶ ἐξαίσιον καὶ ἐξαίρετον καὶ θαυμάσιον καὶ θαύματος ἄξιον θαῦμα τῆς παναγίας ἀληθῶς καὶ ἀναμφιβόλως ὑπῆρχεν, ὡς καὶ τὰς μαρτυρίας ἔχομεν παρὰ μαρτύρων ἀπαραγράπτων κατὰ τοὺς φιλευσεβεῖς νόμους. φάσκοντες γὰρ αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν. ἐπειδὴ δὲ οἱ ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι ἡμῶν δέδωκαν μαρτυρίαν τοιαύτην, πάνυ ἐστὶν ἀληθέστατον τὸ θαῦμα τῆς παναγίας. ἔλεγεν γὰρ ὁ Μηρσαΐτης ὁ πατριάρχης τῶν Τούρ- C

machinas quae prope castrum erant, ipsos Graecis reliquisse, quae longius aberant, inflammasse. et sane hoc prodigium visum est et inusitatum facinus. quanam enim ratione, qui antea superbe se efferebant iactabantque, repente moesti atque inutiles redditi sunt? et quomodo qui antea impense cum Graecis bellum cupiebant, inexpectata fuga se ab illis subduxerunt? enimvero opus hoc divina virtute eaque invisibili concessum est. et Graeci id intuiti mirum obstupescebant, et ob hostium fugam exiliebant gaudio, in laetitiamque effusi dicebant "o suavem hanc diem et horam! o admirandam! o insperatam immutationem! o inexpectatam laetitiam! o claritatem! o voluptatem, quae verbis exprimi nequit, qua quidquid dixeris minus erit!" his vocibus illi multis certaminibus celebres Romani simul laetari, prosilire, alacres palmas pulsare, et diserte deo gratias agere, laudibus sanctissimam virginem extollere, et ex animo glorificantes dicere "hoc hymnis abundans nominatissimum, memoratum, egregium, inusitatum, admirandum miraculum vere et sine ulla dubitatione sanctissimae virginis est." et testimonia nobis de hoc suppetunt testium omni exceptione, ut piae leges praescribunt, maiorum: testimonia enim quae habentur ab hostibus, fide digniora sunt. cum vero ho-

κων ὅτι ἡ πόλις ἐπρόκειτο παρ' ἡμῶν αἰχμαλωτισθῆναι, ὡς οἱ σοφοὶ τῆς Περσίας εἰς τὸν καιρὸν τοῦ Μωάμεθ ἐψηφοφόρησαν περὶ τούτου, καὶ εὗρον ὅτι εἰς τὸ ἔτος καὶ τὸν μῆνα καὶ τὴν ἡμέραν ταύτης τῆς ὥρας ἡ πόλις παρ' ἡμῶν πρόκειται κρατηθῆναι. καὶ ἔμελλε τοῦτο γενέσθαι κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἀστέρων καὶ τὴν τέχνην τῶν ἀστρονόμων. ἀμὴ ἡ γυναῖκα ἐκείνη ἡ ὀξέα φοροῦσα καὶ περιπατοῦσα τοῦ κάστρου καὶ τῶν προμαχιονίων ἐπάνω ἀφόβως τοῦ πολέμου τὴν ὥραν, ἐκείνη ἀντέπραξε τὰς δυνάμεις τῶν ἄστρων καὶ τὴν τέχνην τῶν ἀστρολόγων. πλὴν οὐκ ἀπὸ γῆς οὐδὲ ἐξ ἀνθρώ-
D πων τὴν δύναμιν εἶχεν, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀοράτου δυνάμεως. ὁμοίως καὶ τὰ στρατεύματα πάντα τῶν Τούρκων ἐσυνεμαρτύρουν ἐνόρκως τὸν Μηρσαΐτην ἐκεῖνον, καὶ ἐδιηγοῦντο πρὸς πάντας ὅτι τοῦ πολέμου τὴν ὥραν, ὅταν μὲ θράσους καὶ ὁρμῆς ἀκρατήτου ἔφθασαν εἰς τὰ τείχη τοῦ κάστρου, ἵνα ἀναβῶσιν ἐπάνω καὶ διώξωσι τοὺς Ῥωμαίους καὶ τὴν πόλιν αἰχμαλωτίσουν, τότε εἶδον γυναῖκα ὀξέα ῥοῦχα φοροῦσαν καὶ περιπατοῦσαν ἐπάνω τῶν προμαχιονίων τοῦ ἔξω κάστρου. καὶ ταύτην ἰδόντες, σκότος καὶ ζάλη καὶ τρόμος καὶ φόβος ἄφνω εἰς τὰς ψυχὰς εἰσῆλθε τῶν πάντων, καὶ πρὸς φυγὴν ἔβλεψαν, καὶ εἰς πόλεμον οὐδὲ ὅλως, καὶ ἀπὸ δυνάμεώς τε καὶ τέχνης. τῆς γυναικὸς γὰρ ἐκείνης ἔλαβον τὴν δει-
P. 199 λίαν, καὶ ἠλευθερώθη ἡ πόλις. ἐγένετο δὲ ταῦτα κατὰ τὸν

stes atque adversarii nostri hoc testimonio suo constabiliverint, multo verissimum est hoc sanctissimae virginis miraculum. namque Mersaita et patriarcha Turcarum affirmabat propositam tunc illis fuisse civitatem ad praedam, quemadmodum viri docti Persae aetate Mahomethi calculaverant, inveneruntque hoc anno mense dieique hora urbem a nobis debellandam esse; et futurum id erat omnino astrorum vi et astronomorum artificio; sed mulierem illam violaceis vestibus amictam, per castrum obambulantem et super propugnacula intrepide, dum pugna initur, vim astrorum obtudisse et astrologorum artificia; quamvis illa non a terra neque ex hominibus, sed e coelo et invisibili potestate vim obtinebat. similiter exercitus universi Turcarum iureiurando Mersaitae dictum confirmabant, et omnibus narrabant pugnae hora, postquam cum audacia et impetu, qui coerceri non poterat, ad muros castri pervenerant, ut ascenderent Graecosque fugarent urbemque caperent, vidisse se mulierem violaceis vestibus indutam, deambulantem super propugnacula exterioris castri; qua visa statim tenebris procella timore ac tremore correptos omnes in fugam se et non ad bellum dedisse, et vi influxuque illius mulieris formidinem sibi immissam et urbem liberatam. haec autem peracta sunt anno

καιρὸν τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἐνναкοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἔτους, μηνὸς Αὐγούστου κδ', ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ὥρᾳ τῆς ἡμέρας ἑβδόμῃ. καὶ παρὰ μὲν ἐλαβώθησαν καὶ ἀπέθανον ἐπέκεινα μιᾶς χιλιάδος, ἐκ δὲ τῶν ἡμετέρων μετὰ ἀληθείας ἐλαβώθησαν μὲν ἐλάττονες ἀπὸ ἑκατόν, ἀπέθανον δὲ οὐ πλείονες τῶν τριάκοντα. καὶ χαίρετε, ὦ φίλοι, χαίρετε τὸ μὲν τὴν ἐλευθερίαν τῆς πόλεως, τὸ δὲ τῶν Ῥωμαίων τὸ γενναῖον καὶ ἀκατάπληκτον, τὸ δὲ τὸ πανθαύμαστον θαῦμα τῆς παναγίας, καὶ ταύτην ὑμνήσατε δοξολογήσατε, καὶ ὕμνους εὐχαριστηρίους ἀναπέμψατε εἰς τὸ μέγιστον ἔργον τῆς ἐλευθερίας, ἧς εὐεργετήθημεν παρὰ τῆς ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου μητρὸς τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

3. *μὲν] μὲν τῶν Τούρκων?*

nongentesimo tricesimo supra sexies millesimum, mensis Augusti vigesima quarta, feria secunda, hora diei septima. ex Turcis quidam vulnerati et caesi sunt supra mille; ex nostris, ut verum fatear, vulnerati sunt minus centum, mortuique non plures quam triginta. et gaudete, o amici! gaudete tum ob liberationem urbis, tum ob generositatem imperterritam Romanorum, tum ob modis omnibus admirandum sanctissimae virginis miraculum. hanc laudate, huic gloriam dicite, et hymnos gratias agentes conficite pro maximo nostrae liberationis opere, quam consecuti sumus a gloriosa semperque virgine matre domini et dei et salvatoris nostri Iesu Christi, cui sit gloria in saecula. amen.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΛΕΥΤΑΙΑΣ ΑΛΩΣΕΩΣ

ΤΗΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΛΕΥΤΑΙΑΣ ΑΛΩΣΕΩΣ ΤΗΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΣΥΝΤΕΘΕΙΣΑ ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΑΞΙΟΛΟΓΩΝ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΑΙΤΗΣΑΝΤΑ ΠΕΡΙ ΤΑΥΤΗΣ, ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΩι.

IOANNIS ANAGNOSTAE

DE EXTREMO THESSALONICENSI EXCIDIO

NARRATIO,

IN GRATIAM CUIUSDAM LAUDABILIS VIRI, QUI SAEPIUS EAM EFFLAGITAVIT, COMPENDIO CONCINNATA.

LEONE ALLATIO INTERPRETE.

α΄. Πολλὰ μὲν ἡμῖν πολλάκις καὶ ἄλλα τὸ τῆς ψυχῆς Alatii
σου φιλόπονον ἀριδήλως ἐγνώρισεν, ἀνδρῶν ἄριστε καὶ φι- Symmict.
λομαθέστατε, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἡ πρὸς τὴν διήγησιν τῶν ἤδη p. 318
τῇ περιφανεῖ τὸ πρότερον πόλει Θεσσαλονίκῃ συμβεβηκότων
σπουδή σου, καὶ τὸ λόγοις ἡμᾶς συνετῶς ἄγαν ἔχουσι διε- 319

1. Multa equidem nobis saepenumero et alia gnavum tuum atque industrium animum palam indicarunt, vir optime et doctrinarum studiosissime; non minus vero erga eorum narrationem quae perillostri antea urbi Thessalonicensium contigerunt conatus, et ad ea enarranda ponendaque sub oculis, ut nobis licet integrumque est,

γεῖραι, ταύτην ὡς ἂν ἐπίδηλόν σοι κατὰ δύναμιν θέσθαι τὴν ἡμετέραν σπουδάσωμεν καὶ ὥσπερ ὑπ' ὄψιν ἀγάγωμεν. δείκνυσι γάρ σου περιφανῶς τὴν ψυχήν, περὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων ὅπως μάθησιν ἔχει, καὶ ὡς ἐκ τοῦ προσέχειν ἱστορίαις καὶ λόγοις, οἷς ἄνθρωποι πρὸς τὰ κρείττω σαφῶς μετατίθενται, τῶν μελλόντων ὅλη καὶ μὴ μεθισταμένων καθίσταται. πλὴν ἀλλ' οὕτω θαυμασίας οὔσης γε τῆς σπουδῆς, ἐκεῖνο πᾶς ὁστισοῦν εὖ φρονῶν, οἶμαι, τῶν οὐκ ἐπαινουμένων ἂν οἰηθείη, ὅτι γε τοὺς εἰς ἄκρον δυνάμεως λόγων ἐληλακότας παραδραμών, καὶ προὔργου παντὸς τὸ λογογραφεῖν ἀεὶ ποιουμένους, ἐμοὶ τὴν τοσαύτην ἐγχείρησιν ἀπερισκέπτως ἀνέθου, νωθρότητι διανοίας ἀμαθῶς ἀληθῶς ἔχοντι περὶ λόγους καὶ πρὸς πᾶσαν ἡντινοῦν ἀγαθῶν κτῆσιν ῥαθυμοῦντι καθάπαξ. καὶ ταὐτὸν οἶμαι πέπονθας ταῖς μελίσσαις, ὅτε τὰς ἀρχὰς ζητεῖν τοῦ μέλιτος κατεπείγονται· παρατρέχουσι μὲν γάρ, ὥς φασι, τῶν ἀνθέων τὰ εὔοσμα, ἐφίπτανται δὲ τῷ θύμῳ, φυτῷ δριμύτητος γέμοντι καὶ λίαν ἀνόσμῳ. ἀλλὰ δεινὸν ἡ φιλία, πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐνισχημένους γε ταύτῃ
320 πάντα καὶ λέγειν ὑπὲρ τῶν φίλων καὶ πράττειν πρὸς βίαν κινοῦσα, τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινον αὐτοῖς προξενεῖν εἰωθυῖα. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ καὶ σὲ τοσοῦτον ἡμᾶς ἀναπεῖσαι καταναγκάσαι, τὴν ἐκ τῶν ἀκουόντων ἡμῖν εὐφημίαν ἴσως προσγενέσθαι βεβουλημένον, κἀντεῦθεν τῇ φιλίᾳ χαρίσασθαι. ἐγὼ μὲν οὖν βουλοίμην ἂν τὴν σιωπὴν ὡς ἀκίνδυνον μᾶλλον ἑλέ-

prudentia incitamenta. haec namque manifesto pervulgant quo pacto ad necessarias disciplinas dispositus sit animus tuus, et historiis ac sermonibus, quibus homines ad meliora deflectuntur, incumbens, totus in futura mutarique nescia plane ingeratur. verumtamen, licet id studium sua laude et admiratione non careat, attamen, quicunque sapit pleno pectore, non illius aestimationis esse ducet, te illis, qui arte dicendi plurimum valent et ante omnia perpetuo scribendo tempus insumunt, neglectis, mihi parum considerate, homini segni inertique et ad scribendum plane ineptissimo, nec non rebus laudabilibus comparandis prorsus hebeti, eam provinciam demandasse, consimilem, ut reor, apibus, quae dum principia mellis emungere compelluntur, ut tradunt, suave odoratis floribus desertis thymum, herbam acritudine plenam nulliusque prorsus odoris compotem, circumvolitant. sed gravis res est amicitia, omnes ab se irretitos omnia amicorum gratia et agere et dicere vi quadam cogens, et a multis emanantem laudem illis conciliare sueta, hoc siquidem te et ad tantam rem nobis persuadendum, praeconia ex auditoribus nobis forte pro-

σθαι καὶ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ὡς τὴν ἐμὴν ὑπερβαίνουσαν δύναμιν παραιτήσασθαι πάνυ δικαίως· λαβὼν δ' ἐπὶ νοῦν τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον ὅσος, καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ἀνάγκην συνελαθεὶς ἀπαραίτητον, δεῖν ᾤμην ἕτοιμον ἐμαυτὸν παρασχεῖν σου τῇ ἀξιώσει καὶ σου τοὐπίταγμα πεπληρωκέναι ὡς δύναμις. κἀπειδήπερ ἐπικλινὴς ἐγὼ καὶ εὐγνώμων πρὸς τὸ ζητούμενον ὤφθην σοι, καὶ σὴν χάριν ὧν οὐκ ἐβουλόμην κατατετολμηκέναι προήρημαι, δίκαιον ἂν εἴη καὶ σὲ τῆς ἐγχειρήσεως ταύτης ἡμῖν ταῖς εὐχαῖς συνεφάψασθαι, ἵν' ὁδηγηθέντες, καὶ δύναμιν ἐσχηκότες λόγου καὶ διανοίας ὀξύτητα, τῆς σῆς φανῶμεν ἄξια ἐπιθυμίας ἐργάσασθαι καὶ μηδὲ τὴν ὑπόθεσιν καθυβρίσωμεν. παρακαλῶ δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐντευξομένους τῷ πάσης ἀμουσίας πεπληρωμένῳ τῷδε συγγράμματι συγγνώμην ἡμῖν παρασχεῖν ἐξ ἑτοίμου, τὴν ἡμετέραν εὐ- [321]
πείθειαν ἀποδεξαμένους. οὐ γὰρ δυνάμει λόγων τεθαρρηκότες ἐπὶ τοῦτο προήγμεθα, ἵνα καὶ μέμψιν σχῶμεν δικαίως παρὰ τοῦ βουλομένου παντός (πολλοῦ γε καὶ γὰρ δέομεν τοῦ λόγους εἰδέναι καὶ τούτοις γε χρῆσθαι κατ' ἐπιστήμην θαρρεῖν), τῇ δ' ἐπιταγῇ τοῦ προστεταχότος ἡμῖν, καὶ τῷ μὴ μέμψιν ἔχειν εἴ τις τὴν ἑαυτοῦ πρός τι τῶν ἀναγκαίων ἐνδείκνυται δύναμιν, ἀνέγκλητον εἶναι οἰόμενοι πανταχοῦ τὸ πάνθ' ὁντινοῦν μὴ πρὸς ἐπίδειξιν, πρὸς δὲ τὸ μὴ τάφῳ σιγῆς πα-

3. ἀπαθείας A (i. e. editio Leonis Allatii)   11. ἄξιοι A

curantem indeque placita amicitiae conferentem, compulit. ego porro silentium tanquam minus periculosum elegissem, et praesens argumentum veluti vires meas exsuperans alio, nec immerito, amandassem; sed mente revolvens quae sint contumaciae pericula, proptereaque inevitabili vi constrictus, necessarium mihi duxi memetipsum petitioni tuae tradere mandatumque tuum pro viribus adimplere. et dum ego proclivis et obsequens efflagitatis obtempero, et tui gratia, a quibus mihi longe animus est, aggredi praesumo, iustum fuerit te quoque in partem similis laboris precibus atque supplicationibus ad deum venire, ut directus et dicendi facultate instructus et acumine ingenii fultus dignum quidpiam tuo desiderio persolvam, argumentumque infamia non aspergam. rogo vero universos qui haec percurrerint, elingui planeque rudi commentario, nostrum obsequium prompte amplexatos, veniam dare. neque enim dicendi facultate confisi ad hoc devenimus; tum enim, et iure, insimularemur a quolibet, cui id complacitum fuerit; nam quam longissime a sermonibus eorumque scientia absumus; tantum abest ut cate eorum usum nobis promittere audeamus; sed imperanti obtemperantes, et quod accusationi non subsit si quis propriam facultatem ad aliquid ex necessariis expediendum experia-

ραπέμπεσθαι τὰ πρὸς ἀκρόασιν ἄξια, τοῖς κατὰ δύναμιν ἐγχειρεῖν λόγοις ἑκάστοτε. ποιήσομαι δὲ τὸν λόγον ἁπλοῦν τε καὶ εὔληπτον, ἀλλὰ δὴ καὶ συνεσταλμένον ὡς τὰ πολλὰ κατὰ τὸν σὸν λόγον, τἀναγκαῖα μόνον περιλαβών, καὶ ὅσα δὴ παρεθέντα ζημία σοι λογισθήσεται πρὸς ἀκρόασιν κεχηνότι.

β΄. Εἰ μὲν οὖν τις ἐτύγχανες ὢν τῶν οὐκ εἰδότων τὴν πόλιν, τὰ καθ᾽ ἕκαστόν τε ἠγνόεις αὐτῆς ὥσπερ οἱ πρῶτον ἐξ ἀλλοδαπῆς εἰς ἑτέραν μετοικήσαντες πόλιν, ἕως ἂν τὸ τοῦ χρόνου μῆκος, ταύτην αὐτοῖς κατὰ μέρος γνωρίσειεν, ἐδεόμην λόγων ἂν ἐνταῦθα μακρῶν, ἵνα μηδὲν τῶν τῆς πόλεως τὴν
322 σὴν διαφύγῃ γνῶσιν. ἐπεὶ δὲ πρὸς θρέμμα ταύτης τὸν λόγον ποιοῦμαι καὶ ἀκριβέστερον ἢ πολλοὺς ἄλλους τὰ κατ᾽ αὐτὴν ἐγνωκότα, μάτην οἱ μακροὶ περὶ τούτων λόγοι καὶ ἡ περὶ τῆς θέσεως μεγέθους τε καὶ κάλλους καὶ τειχῶν ἀσφαλείας καὶ προσέτι τοῦ εὖ κεκρᾶσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἀκρίβεια, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι πρὸ μακρῶν ἐτῶν τὰ περὶ τῆς πόλεως ἕτεροι φιλοπόνως ἄγαν δυνάμει λόγου καὶ ῥητορικῆς εὐγλωττίας δεινότητι ἠκριβωμένως ἐξέθεντο, καὶ μετὰ τὴν πρώτην πασῶν εἰπεῖν λαμπροτέραν πολλαῖς ἀποδείξεσιν ἀποφῆναι ταύτην ἐσπούδασαν. ἐκείνοις δ᾽ ἐμαυτὸν ἔγωγε μόνον διηγούμενος δώσω, ὧνπερ ἡ πόλις ἐν τῷ τῆς νῦν ἁλώσεως χρόνῳ πεπείρατο,

tur, crimine vacare existimantes quemcunque, non sui ostentandi causa, sed ne quae digna auditione reputantur silentii tenebris involvantur, singulis horis, ut facultas est, scripto tradere. erit itaque sermo simplex ac facilis et ut plurimum, dum sic admones, compendiosus, necessaria tantummodo complectens; quae vero tacuerit, a te, qui dicentis orationem auribus devoras, inter damna reputabuntur.

2. Si quis itaque esses rerum urbis imprudens ignarusque omnium, quemadmodum qui primum ex alienis regionibus peregrinantes, terrarum in quas appellunt infantissimi sunt, donec decursu temporis singula illius addiscant, prolixis mihi opus esset sermonibus, ne quid eorum quae in urbe sunt tuam scientiam fugeret: verumtamen cum ad illius alumnum sermonem dirigam eumque qui prae aliis multis accuratius res illius callet, frustra hic verbosi sermones instituerentur, deque illius situ, magnitudine, pulchritudine, murorum securitate, nec non optima aëris temperie, aliorumque ratio exquisita proponeretur; eoque potissimum quod ante plerosque annos alii res urbis quam maxime studiose, et dicendi facultate et eloquentiae Atticae luminibus, docte exacteque prosecuti, post reginam omnium, ut ita dicam, illustriorem multis demonstrationibus declarare conati sunt.

καθάπερ ἔφης καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, μικρὸν πρὸ ταύτης ἀπάρας ἐνθένδε, καὶ διὰ τοῦτο τὸ κακὸν οὐκ εἰδὼς ἀκριβῶς ὅπως κεχώρηκε. τὰ τῶν Λατίνων γὰρ οἶδ' ὅτι καὶ αὐτὸς οἶσθα σαφέστατα τῇ πόλει παρὼν καὶ καθ' ἑκάστην ὁρῶν τὰ γινόμενα.

Ἔπασχεν οὖν τῶν Λατίνων κρατούντων ἡ πόλις ὡς οἶδας, καὶ ὁσημέραι θλίψεις ἡμῖν ἐπήγοντο πανταχόθεν, καὶ λόγων πολλῶν παρ' ἑκάστοις πῶς ἂν ἀνεθείημεν γιγνομένων τρόπος ἦν οὐδ' ὁστισοῦν ὁ τούτων ἡμᾶς τῶν δεινῶν ἀπαλλάξων. οὔτε γὰρ οἱ Τοῦρκοι τοῖς Λατίνοις ἐβούλοντο σπεί- 323
σασθαι πολλάκις πρεσβευσαμένοις περὶ τούτου καὶ δεηθεῖσιν, οὔθ' ἡμῖν ἐξῆν πρᾶξαι τὸ κατὰ γνώμην, ὀλίγοις ἄγαν καθεστηκόσι καὶ ἀνισότητι γνώμης ἀποβεβληκόσι τὸ ὁμονοεῖν, ὡς ἄρα καὶ σοὶ γνώριμον τοῦτο σὺν ἡμῖν γε ὄντι καὶ τῶν δεινῶν ἐκείνων τοῖς ἄλλοις παραπλησίως εἰληφότι τὴν πεῖραν.

γʹ. Οὕτως οὖν ἡμῖν ἔχουσιν, ὅσαι τε ὧραι μυρία τὰ χαλεπὰ φέρουσι καὶ τὴν σωτηρίαν ἀπαγορεύουσιν, κακὸν ἐξαίφνης ἐπῆλθεν ἕτερον καὶ στερροτέραν εἰπεῖν ἀδάμαντος πλῆξαν ψυχήν. τὸ δ' ἦν ἡ τοῦ καλοῦ ποιμένος καὶ κατὰ τὸν πρῶτον ποιμένα τὴν ψυχὴν ἐφ' ἑκάστης ἀφειδῶς ὑπὲρ τοῦ ποιμνίου τιθέντος κατὰ θεῖον βούλημα τελευτή, ἐν καλῷ μὲν

ipse vero ea solummodo complectar, quae haec civitas hoc sui excidii tempore passa est, tuque nobis paulo ante quam ex ea discederes insinuaras, propterea que infortunii quod eam oppressit non admodum gnarus, res siquidem Latinorum tu etiam, cum in urbe quotidie quae gererentur conspiceres, optime (nec fallor) tenes.

Urbs itaque in Latinorum dicionem redacta, cum, ut tu cate nosti, tantum malorum sustineret et diris quotidie exitiis undique confertis affiictaretur, et sermones multi conferrentur quonam pacto ex tot malis emergere possemus, nullum remedium occurrebat, nec aderat Averruncus. neque enim Turcae cum Latinis foedus iniere, licet saepius legatione missa id pertentassent, supplicesque etiam rogassent; neque erat in nostra potestate, copiis nostris in angustum oppido coactis et discordantibus votis ab unanimi sententia convulsis, aliquid agere, ut tute etiam nosti, qui una nobiscum eras, malorum perinde atque alii expertus.

3. Cum itaque res nostrae ita se haberent, et singula momenta innumeras prope noxas inferrent, deque salute desperaremus, malum aliud repente irrupit, et validiorem adamante animum disiiciens, boni scilicet pastoris et, aeque ac primus pastor, quotidie profuse animam ponentis, divino consilio obitus, illi quidem fortunate succedens, no-

ἐκείνῳ γεγενημένη, βλάβος δ' ἡμῖν ἐπενεγκοῦσα πολύ, τῶν ἐκείνου λιτῶν πρὸς θεὸν στερηθεῖσιν, αἷς ἐσωζόμεθα. ὅτι δὲ κατὰ θείαν αὕτη βούλησιν ἦν, ἄκουε τοῦ φανέντος τῷ μακαρίῳ περιόντι κατ' ὄναρ ἐκείνῳ. ἔδοξε πρὸ τοῦ τὴν πόλιν τῷ πολέμῳ ληφθῆναι οἶκόν τινα λαμπρὸν εἰσιέναι καὶ παμμεγέθη, περισκοπεῖν τε αὐτὸν κατὰ μέρος καὶ θαυμάζειν αὐτοῦ
324 τό τε κάλλος καὶ μέγεθος, ἐν τούτῳ δ' ὄντι φωνὴν ἔξωθεν ἐνεχθῆναι λέγουσαν "ὁ μὲν οἶκος οὗτος, οὗ τὰ καθ' ἕκαστον, ὦ δέσποτα, ὡς λίαν λαμπρὰ καὶ ὡραῖα θαυμάζεις περιαθρῶν, πίπτει τὸ τάχος, καὶ ἵνα μή σε καλύψῃ πεσών, ἔξιθι τούτου ταχέως." οὕτως εἶχεν ἡ ὄψις, καὶ εἰς ἔργον ἧκεν οὐκ εἰς μακράν. ἐκεῖνος μὲν γάρ, ἵνα ἀναφανῇ δίκαιος καὶ τῶν πολλῶν τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καμάτων λάβῃ τὰς ἀντιδόσεις, εἰκότως οὕτω καὶ πρὸ τῆς κοινῆς συμφορᾶς, πρὸς ὃν ἐπόθει κύριον ἐξεδήμησεν. οὐ γὰρ δίκαιον τοῦτο παρὰ θεῷ κέκριτο, τοιούτων ἵνα κακῶν πεῖραν σχῇ καὶ κοινωνήσῃ τῶν ἴσων ἡμῖν· ἀνόμοιος γὰρ ἦν τοῖς ἄλλοις ὁ βίος ἐκείνου καὶ ἐξηλλαγμέναι αἱ τρίβοι, τὸ Σολομῶντος εἰπεῖν. ἡμεῖς δὲ κακίας γέμοντες ὅλως, καὶ ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Ἱερεμίου, πορευόμενοι, καὶ κατὰ τὸν πάλαι γογγυσταὶ τυγχάνοντες Ἰσραήλ, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιθυμίαν ἀπολαύειν ὅπως οὐκ ἔχωμεν τῶν πραγμάτων, δικαίως οὕτω πεπράγαμεν δυστυχέστατα, καὶ τούτου

bis vero damna, eaque ingentia, concilians, qui illius ad deum precibus, quibus saluti nostrae providebatur, privamur. et divino consilio illum contigisse coniicies ex illis quae illi adhuc superstiti inter somniandum evenerant. visus est sibi, antequam urbs bello concideret, domum praeclaram et maximam ingresso, singulas illius partes inspicere et decora ac magnitudinem magnopere demirari; his intentum vocem, deforis advenientem inaudisse "domus haec, cuius partes singulas illustres atque venustas considerans admiraris, actutum concidet; et ne te sua ruina opprimat, quam cito foras eripe te." visum hoc effectu non multo post comprobatum est. ille etenim ut iustus appareret et virtutis suae multorum laborum praemia referret, sic uti par erat, et ante commune infortunium, ad deum, quem tantopere concupiverat, migravit. neque enim iustum apud deum reputabatur similium malorum eum participem fieri, vita siquidem illius non erat similis aliis, et semitae immutatae, ut cum Salomone loquar. nos vero improbitate plane repleti, et in cogitationibus cordis nostri pessimi ambulantes, ut Ieremias inquit, et perinde atque antiquus Israël murmurantes, ut nobis allubescit, rebus non succedentibus, iure merito mala ac solida calamitate mactamur, et tali viro orbamur

τἀνδρὸς ἐστερήμεθα, μόνου περιλειφθέντος ἐν τοιούτοις καιροῖς καὶ τοσούτοις ἀνιαροῖς εἰς παραμύθιον. πάντες γὰρ 325 ὥσπερ τινὰ δύναμιν ζωτικὴν ἐν ἡμῖν ἐνομίζομεν τοῦτον, καὶ τὴν τελευτὴν ἐκείνου μηδὲν ἄλλο νομίζειν εἴχομεν ἢ τῆς ἐφ' ἡμᾶς τοῦ θεοῦ δικαιοτάτης παιδείας οἷον προοίμιον. τοῦτο τῶν κατειπεῖν ἠρημένων ἐκείνου σαφέστατος ἔλεγχος, καὶ τοὺς ἀδικίαν κατ' ἐκείνου λαλοῦντας ὅτι μὴ προδοσίαν ἐσκέψατο, μηδὲ τῶν σφίσι δοκούντων συνιέντας βαθύτερον, ἐνδίκως ἐπιστομίζει. οἶμαι γὰρ ἐγώ, δεῖξαι βουληθεὶς ὁ θεὸς οἷος μὲν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ τίνων ἄξιος ἦν, οἷοι δ' ἡμεῖς καὶ τίνας εἰσπραχθῆναι δίκας δίκαιοι ἦμεν, διὰ τοῦτο τὰ καθ' ἑκάτερον μέρος οὕτως ᾠκονόμησε συμφερόντως.

δ'. Τούτου οὖν τοῦ δεινοῦ, τῆς τελευτῆς ἐκείνου φημί, προστεθειμένου τοῖς ἄλλοις, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει, ἀνδρῶν γυναικῶν παίδων Λατίνων τε καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων, ἐλεεινῶς πρὸς ἀλλήλους διομιλούντων, καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ὅσα τούτους ἐπίεζε δηλονότι τῇ λήθῃ παραπεμπόντων, τὴν τοῦ ποιμένος δὲ στέρησιν ἐπὶ νοῦν λαμβανόντων καὶ συνεχῶς προφερόντων, τῆς τοῦ θεοῦ τε παιδείας, ὡς προὔφην, καὶ τῆς γεγενημένης ἁλώσεως καὶ λεγόντων σημεῖον τοῦτο καὶ πιστευόντων, 326 — οὕτως οὖν διατεθέντων, καὶ ὀλίγου δή τινος ἐν τῷ

2. εἰς om A   13. τοῦτ' A

qui solus afflictissimis hisce temporibus in tantis rerum discriminibus solatium remanserat, omnes siquidem eum uti vitalem in nobis facultatem reputabamus, illiusque mortem tantummodo ducebamus adversus nos iustissimae numinis punitionis exordium. hoc eos redarguit apertissime qui indigna dicta in eum ingerunt et infamia onerant, quod proditionem non suaserit, et quod eos propriis consiliis, altius quidpiam meditatus, iure represserit. opinor equidem ego, cum vellet deus ut omnibus innotesceret quis vir ille sacer esset et quorum dignus, qui vero nos et quibus poenis obnoxii, quibus miseriis iuste excruciandi, id propter res utriusque in rem utrique disposuisse.

4. Itaque tam diro malo, obitu nempe illius, ceteris adnexo, et omnibus in civitate viris mulieribus pueris, Latinis, Iudaeis quoque ipsis, miserandum in modum sermonem conferentibus, et reliqua omnia quae eos tum affligebant e memoria deponentibus, pastoris tanti privationem in mentem revocantibus et saepius proferentibus, asserentibusque, ut iam innui, et non temere credentibus indicium illud esse et divinae punitionis et subsecuti excidii; hoc, inquam, statu rerum, cum modicum tempus interim processisset, in peius quam antea ruere omnia, magna confusio animos occupare, cum alia alii

μεταξὺ παρεληλυθότος τοῦ χρόνου, χεῖρον ἢ πρότερον ἔσχε τὰ πράγματα, καὶ σύγχυσις πανταχοῦ, ἄλλων ἄλλα βουλευομένων καὶ μηδὲν ἐν ταὐτῷ συνελθεῖν δυναμένων· καὶ παραπλήσιόν τι τοῖς ἐπὶ νηὸς χειμαζομένης ἐπάσχομεν, ὅταν ὁ κυβερνήτης ἀπῇ· πάντα γὰρ ἐκεῖ ταράχου μεστά, καὶ ἡ ναῦς οὐκ ἔχουσα τὸν ἰθύνοντα ταῖς τῶν ἀνέμων βίαις τοῦ πρόσω χωρεῖν ἀκινδύνως οὐ συγχωρεῖται. τῶν μὲν οὖν δὴ πλειόνων δυσχεραινόντων ὅτι μὴ σφίσιν ἐξῆν προδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς Τούρκοις, δεδιότων ἴσως ὃ γέγονεν ὕστερον, ἄγγελος ἧκε τὸν Μουράτην ἐφ' ἡμᾶς κεκινῆσθαι μηνύων, πλεῖστον ὅσον στρατὸν συναγείραντα, καὶ διὰ πάντων καλῶς παρεσκευασμένον. τοῖς μὲν οὖν δεκτέα πως ἔδοξεν ἡ ἀγγελία καὶ πιθανή, τοῖς δὲ μή, καὶ μάλιστα Λατίνοις, εἴτε μεγαλοψυχεῖν προσποιουμένοις, εἴτε πεῖραν οὐκ ἐσχηκόσι τῶν Τούρκων, ᾧ καὶ μᾶλλον ἔγωγε πείθομαι. πόθεν γὰρ εἴδησις τούτοις ἐν θαλάττῃ καὶ γεννωμένοις καὶ εἰς γῆρας διαιτωμένοις, πρὸς
327 συμπλοκάς τε καὶ μάχας, αἷς τὸ τῶν Τούρκων κέχρηται γένος, ἔχουσιν οὐκ ἐπιτηδείως, καὶ μηδὲ δυναμένοις ἢ διὰ τριηρῶν ἀπελθεῖν εἰς ὑπερορίαν, ἡνίκ' ἂν καὶ ἔνθα βούλοιντο; μικρὸν τὸ μεταξύ, καὶ πάλιν ἕτερος ἄγγελος, ταὐτὰ τῷ προτέρῳ καὶ αὐτὸς διαγγέλλων, καὶ τοὺς λόγους ὅρκοις πιστούμενος ἀσφαλέσιν, ἐφ' οἷς ἐπείσθημεν μὲν ἡμεῖς, μηδὲν ἄλλο παρ' αὐτὸ προσδοκῶντες (τοῦτο γὰρ ὁ πολυετὴς ἡμᾶς ἐδίδασκε συγκλει-

decernerent nec possent in unam sententiam convenire; nosque illis qui in navi adversis tempestatibus utuntur cum gubernator abest, non absimiles, variis rerum fluctibus iactari. namque ibi omnia sunt turbarum plena, et navis, spoliata rectore ac vi ventorum concussa iter suum continuare absque discrimine non permittitur. cum ergo plerique aegre ferrent non concedi sibi Turcis urbem dedere, eventum postmodum secutum perhorrescentes, nuncius advenit Muratem adversus nos iter capessere, quamplurimis copiis et rebus aliis omnibus instructissimum. quidam nuncio fidem esse adhibendam dicunt; negant alii, et Latini potissimum, sive magnanimitatem simulantes, sive Turcarum, quod credibilius videtur, inexperti. namque unde illis, in mari genitis et ultimo etiam aetatis tempore vitam agentibus, nec non ad conflictus et pugnas, quibus Turcarum gens utitur, ineptis, nec valentibus cum triremibus alio extra suos fines, ut illis allubescit, divagari, cognitio venerit? exiguum abiit tempus; et rursus alius nuncius eadem quae primus denunciat, et iureiurando fidem alligat suam; quo nos persuasi sumus, nihil aliud exspectantes: hoc enim nostri per multos annos in angustum contractio resque ipsae

σμὸς καὶ τὰ πράγματα), ἐπείσθησαν δὲ καὶ Λατῖνοι, καὶ πρὸς παρασκευὴν δεῖν ἔδοξε τούτοις διεγηγέρθαι.

έ. Καὶ δὴ πρῶτον μέν, οὗπερ ἤρξαντο πρότερον ἔργου, πρὸς τελείωσιν σπουδαιότερον διετέθησαν. τὸ δ' ἦν ἡ περὶ τὰς ἐπάλξεις αὐτῶν ἐπιμέλεια. μικρὸν γὰρ πρόσθεν διὰ φροντίδος πολλῆς πεποιήκεσαν τὰς ἐπάλξεις τοῦ τείχους παντὸς διαφράξαι σανίσιν, ὡς ἐν ἀσπίσι, τοὺς μὲν ἔξω πολεμίους ἀπειργούσαις τοῦ βέλεσι τιτρώσκειν τοὺς ἔνδον δεῆσαν προκύψαι, τοῖς δ' ἐπὶ τῶν τειχῶν ἱσταμένοις πολλὴν τὴν ἄδειαν παρεχούσαις ἀφανῶς λίθοις ἄνωθεν βάλλειν τοὺς ἐπιόντας καὶ τῷ προστυχόντι παντὶ προσπελάσαι τοῖς τείχεσι βουλη- 328 θέντας. ἔπειτα δὲ δεῖν ἀριθμῆσαι τοὺς ἄνδρας ᾠήθησαν καὶ καταμαθεῖν εἰ πρὸς τὰς τοῦ ὅλου τείχους ἐπάλξεις καὶ τὸν περίβολον τὸν πρὸς ἤπειρον ἐξαρκοῦσι. καὶ δὴ στῆναι πάντας ἐπὶ τῶν τειχῶν μεθ' ὧν εἶχεν ἕκαστος ἐπιτρέπουσιν ὅπλων, ὡς ἂν καὶ μάρτυρας τοὺς ἰδίους ἔχωσιν ὀφθαλμούς. οὗ δὴ γεγονότος ἦν ἰδεῖν ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς ἐπάλξεις ἕνα ἄνδρα ἱστάμενον, καὶ τούτων τοὺς πλείους μήθ' ὅπλα κεκτημένους (προανάλωσε γὰρ ἡ πενία) μήτε πρὸς μάχην ἐπιτηδείους καὶ πόλεμον· τοῖς γὰρ συνεχέσι κακοῖς καὶ τῇ περὶ τὸ ζῆν ἀπορίᾳ περιῄρηνται καὶ τὸ δύνασθαι. οἱ Λατῖνοι δ' ὅμως οὐκ ἔχοντες διαπράξασθαι (ἄνδρας γὰρ ἑτέρους μαχίμους οὐκ

2. τούτους A   8. τοὺς A   9. τοὺς A   πολλὰ A

clamabant. credidere et Latini; visumque est illis, solicite necessaria praeparare.

5. Et primum quidem, quod antea inchoaverant opus, propugnaculorum dumtaxat curam perficere concitatius animantur. paulo enim ante summo cum labore ac nimio opere accurarunt ut murorum propugnacula, adinstar scutorum, tabulis obserarent, quae advenas hostes impedirent ne sagittis cives, si quando opus esset capite emergere, vulnerarent, iis autem qui muris insisterent facultatem uberem facerent clam e superiori parte saxis advenientes impetere admotosque ad muros obvio quoque repellere. deinde numerandos esse viros decernunt, ut discant an ad omnia murorum propugnacula et circuitum ad mediterranea vergentem sufficiant; et sic omnes in muris, suis quemque armis instructum, stare imperant, ut ad id testibus propriis oculis uterentur. quo facto conspiciebatur in duobus et tribus propugnaculis unus tantum; eorumque potior pars neque arma gerere, quae paupertas absumpserat, neque pugnae aut conflictui apta; assidua namque mala et vivendi egestas vires insimul extinxerant. Latini nihilominus, cum rei providere aliter non possent (neque enim alios viros bellatores praeter accolas urbis possederant),

εἶχον παρὰ τοὺς ὄντας τῇ πόλει) δεῖν ἐξ ἀνάγκης ᾤοντο πάντας γοῦν ἑτοίμως ἔχειν πρὸς πόλεμον. μεταστῆσαι δὲ καὶ τὴν ἀγορὰν πρὸς φυλακὴν ἀκριβεστέραν τῆς πόλεως δέον κεκρίκασιν, εἰ καὶ πέρας ἴσως τοῦτο λαβεῖν οὐκ ἔσχεν, ἐπιθεμένων αἴφνης τῶν πολεμίων καὶ θᾶττον ἢ πάντες προσεδοκῶμεν· "ἂν γὰρ τὴν πόλιν" ἔφησαν "κυκλώσωσι μὲν οἱ πολέμιοι καὶ τοῦ πολεμεῖν συνεχῶς γίνωνται, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὴν
329 ἀγορὰν πόρρω κειμένην ἀπίωμεν τὰ πρὸς χρείαν ὠνούμενοι, παρέξομεν ὑπὸ τῆς τῶν τειχῶν ἐρημίας τὴν πόλιν αὐτοῖς, μηδένα πόνον μηδαμῶς προϋπενεγκοῦσι." καλῶς οὖν διὰ πάντων, καὶ ὡς παρεῖχεν ἡ δύναμις, παρεσκευασμένων ἁπάντων πάντα παθεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, προθυμίαν ἐνεδειξάμεθα τὴν αὐτήν, καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ἐπὶ θεῷ καὶ τῷ μυροβλύτῃ μάρτυρι σαλεύοντες ἦμεν, καὶ περιεσκοποῦμεν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὴν ἔφοδον τῶν βαρβάρων, καθ' ἑκάστην κατὰ τὰς ἀγγελίας αὐτοὺς ἐκδεχόμενοι.

ς'. Ἡμέραι παρῆλθον αὖθις ὀλίγαι, καὶ τρίτος ἄγγελος ἤδη πρὸς τὴν πόλιν ἀφῖκτο, τὴν εἰς τὰ Λαγκαδᾶ τοῦ Μωράτου δηλῶν ἄφιξιν, καὶ ὡς οὐχ ἱκανὸν τὸ πεδίον εἰς πολὺ μῆκος ἐκτεταμένον ἐκεῖνο πρὸς τοσαύτην πληθὺν στρατευμάτων. διήγγελε δὲ καὶ τὴν παρασκευὴν ὑπὲρ λόγον οὖσαν καὶ μὴ ῥᾳδίαν ῥηθῆναι. πάλιν οὖν ἡμεῖς ἐν σπουδῇ, καὶ πάλιν ἐν ἐπιμελείᾳ μεγάλῃ. παρῆν δὲ ἡ κυρία τῶν ἡμερῶν, καὶ

19. οὐχὶ κἂν τὸ A

necessarium duxere omnes ad pugnandum promptos esse. rerumque venalium forum alio asportare pro accuratiori civitatis custodia deliberarunt; licet id ad finem perduci non potuerit, cum ex improviso hostes, et nostra exspectatione citius, irrupissent. etenim, dicebant, si adversarii urbem copiis cinxerint et pugnis raro intermittentibus indulserint, nos vero ad forum longe dissitum necessaria coëmpturi abierimus, desertis muris et custodibus vacuis, nullo praevio labore illis civitatem trademus. recte itaque omnibus, et ut vires concedebant, dispositis, omnes unis animis, omnia pro patria pati parati, spem universam in deo et martyre myroblyta collocavimus, et die noctuque barbarorum irruptionem circumspiciebamus, quotidieque, ut nunciatum fuerat, exspectabamus.

6. Paucis diebus praetergressis tertius nuncius in civitatem advolat, Muratae adventum in Langada indicans, nec satis esse campum illum longe lateque diffusum copiarum multitudini; apparatum quoque praenarrabat esse super omnem exspectationem nec posse verbis exprimi. rursum nos solicite agere, diligenterque quae opus erant curare. illuxerat dierum domina; et nocte media terraemotus ingens

περὶ μέσας νύκτας σεισμὸς [καὶ] τῇ πόλει γίνεται μέγας καὶ φόβον ταῖς ἁπάντων ἐνῆκε ψυχαῖς, τεκμήριόν τε τοῦτο οὐκ 330
ἀγαθῶν ἡγήσαντο πάντες πραγμάτων· οὕτω γὰρ οἱ πρὸ μακροῦ τὴν πόλιν ἐκεῖνοι συνέσειον σεισμοὶ παρεσκεύασαν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοιαύτην ἔδωκαν ὑπόληψιν ἔχειν, ἀνωμαλίας πραγμάτων κἀκεῖνοι προηγγελκότες καὶ δεινῶν ἑσμὸν ἐπαγαγόντες τῇ πόλει. καὶ τοῦτο μὲν νυκτός· ἀρξαμένης δὲ τῆς ἕω, καὶ τοῦ ἡλίου καθαρῶς οὔπω τῇ γῇ τὰς ἀκτῖνας ἐπαφιέντος, τῆς στρατιᾶς τι μέρος ὁρᾶται τῇ πόλει προσβάλλον, μήτε σημαίαν ὡς ἔθος ἠρμένην ἔχοντες μήτε βαδίζοντες ἰλαδόν. ὁ δὲ τρόπος· ἔδοξε τῷ Μουράτῃ φιλίας τισὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἡμᾶς τῇ πόλει ῥήμασιν ὑπελθεῖν πρότερον, ὥστε μή τι τῶν ἐν ὑστέροις συμβεβηκότων γενέσθαι καὶ [κακ]τὴν πόλιν ἁλῶναι· ὑπέστρεφον γὰρ ἐλπίδες τοῖς αὐτῶν λόγοις ταύτην εὐθὺς ὑποκλῖναι καὶ μὴ ἂν ἑλέσθαι κρατηθῆναι διὰ πολέμου. τοῦτο δ' ἐποίησε δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε μὴ πόλεμον ὑποστῆναι τὸν μυριάνθρωπον ἐκεῖνον στρατόν, εἶτ' ἀποτυχόντα μεγάλην αἰσχύνην ὀφλῆσαι, καὶ τοῦ πεισθῆναι τοῖς λόγοις τῶν ἐπειγόντων αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν ἀφῖχθαι· καὶ γὰρ ἦσαν οἱ τοῦτον ἀεὶ συνωθοῦντες καὶ πείθοντες, ὡς εἰ μόνον ὀφθείη, ταύτην ἑτοίμως ἄνευ πολέμου καὶ πόνων λαβεῖν. πέπομφε τοίνυν ἄνδρας Χριστιανοὺς οὐκ ἀγνῶτας πόλεων ἐξ ἑτέρων, 331
ἡμῖν τὰ σωτήρια συμβουλεύσοντας καὶ κατὰ τῶν Λατίνων

9. προβάλλον A 11. φιλίοις? 14. αὐτοῦ?

urbem concutit, metumque omnium animis iniicit, qui infelicia illum atque incommoda portendere existimarunt. ita enim, qui a multo tempore civitatem concutiebant terraemotus, homines affecerunt et talem opinionem ingenerarunt, cum illi rerum immutationes denunciarint et dirorum montes urbi intulerint. et hoc quidem noctu. primo mane, cum nondum sol terram radiis collustraret, pars exercitus in civitatem contendit, neque vexillum, ut moris est, erectum deferens neque turmatim procedens. nec alio scopo: visum fuerat Muratae amicabilibus verbis incolas antea pertentare, ut quae postea subsecuta sunt, urbisque excidium, evitarentur: in spem enim venerat suis ipsius dictis eam aures illico daturam et bello capi opprimique declinaturam. idque duas ob causas praestitit, tum ne innumeras illas hominum copias bello subiiceret, et postmodum votis frustratus ignominiam sibi, eamque summam, compararet; tum sermonibus cogentium ut in urbem veniret persuasus: non deerant enim qui eum compellabant, asseverabantque tantummodo conspectum, prompte et nullo praevio bello ac labore, in dicionem suam eam redacturum. misit itaque viros Christianos, haud ignotos, ex aliis urbibus, nobis salu-

διεγεροῦντας ὡς οἷόν τε· οἳ καὶ παραγενόμενοι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν τειχῶν πεμπομένοις βέλεσι μὴ τρωθῆναι τὰ σώματα δεδιότες, ὀπισθόρμητοι γίνονται, μηδὲν ἢ ὀλίγα πρὸς ἓν μέρος δηλώσαντες, ᾧ π . . . . δεδύνηνται. ἐφ' ᾧ καὶ μεμπταῖοι . . . . ἔδοξάν τισιν ὑποστρέψαντες· δέον γὰρ πολλάκις καὶ κατὰ πολλὰ τῶν τειχῶν μέρη περιιέναι, καὶ τὰ ὑπεσχημένα τῷ Μουράτῃ φανερὰ καταστῆσαι, λόγοις τε χρήσασθαι συμβουλίας, ὡς ἂν προθύμους παρασκευάσωσι πρὸς τὸ κοινῇ συνελθόντας σκέψασθαι τὸ συνοῖσον, οὐ καλῶς πρὸς ἡμᾶς διετέθησαν, εἶπον, ἠμεληκότες τοῦ ἐπιτάγματος. πλὴν ἀλλ' οὕτω μὲν οὗτοι πράξαντες ὤφθησαν, εἴτ' ἐθελονταὶ εἴτε καὶ ἄκοντες.

ζ. Ὁ δὲ Μουράτης ἀνηνύτοις ἰδὼν ἐπιχειρεῖν ἐν τούτῳ τῷ μέρει (οὐ γὰρ οἷς ἔξωθεν μόνον ἐκήρυττον ἐπείθοντό τινες, ἀλλὰ καὶ πλύνειν τοῦτον ὕβρεσιν ὑπ' ἀβελτηρίας καὶ ἀλόγου θρασύτητος οὐκ ἀπώκνουν) τοῦ θυμοῦ τε γέγονεν ὅλος, καὶ τὸν στρατὸν προσέταξε μεταστῆναι καὶ περὶ τὴν πόλιν στρατοπεδεύσασθαι. οἱ δὲ προσεχώρουν, ἅτε . . . . . μελισ-
332 σῶν σμήνη, τοῦ ἡμετέρου λίαν διψῶντες αἵματος καὶ πάντας ἄρδην καταπιεῖν γλιχόμενοι. τῇ πόλει δὲ προσεγγίσαντες, καὶ τὰς σκηνὰς ὥσπερ ἔθος πηξάμενοι, δίκην φρουρίου πᾶσαν πε-

4. π] προσπελάσαι? 5. . . . . .] γενέσθαι? 7. καταστῆναι A 18. . . . . .] μυρία?

taria consulturos, concitaturosque pro viribus adversus Latinos. qui licet advenissent, timentes ne a sagittis e muris depromptis laederentur, retro cesserunt, cum nihil aut parum, pro quo accesserant, indicassent. proptereaque hoc suo reditu apud nonnullos ignominia notati sunt. namque cum opus esset saepius et multas murorum partes circumire, et quae promittebantur a Murate palam edicere, sermonibusque uti consultationis ad eos disponendum ut alacriter in unum convenientes publicam utilitatem dignoscerent, ipsi non bene erga nos affecti mandata neglexerunt. verum hi, quo diximus modo, sive sponte sua sive vi coacti, rem ita peregerunt.

7. Murates cum vidisset se hac ratione operam et oleum perdere (neque enim iis quae deforis ille enunciabat suaderi nonnulli, quin immo eum iniuriis et opprobriis dementer iactanterque continuo onerare), intemperiis insaniisque agitatus loco moveri exercitum mandat. illi secedunt aeque ac apum examina, nostri sanguinis avide sitientes omnesque penitus uno haustu deglutire desiderantes. ubi urbi proximi facti sunt, tentoriis pro more fixis instar propugnaculi eam ita circumvallant ut nullus hominibus esset vacuus locus. tum duces singulos in praescripta urbis parte destinans, ipse sua tentoria arci

ριέλαβον ταύτην, ὡς μηδαμοῦ σχεδὸν κενὸν ἀνθρώπων φαίνεσθαι τόπον. εἶτα τοὺς στρατηγοὺς ἕκαστον ἐν ὡρισμένῳ τῆς πόλεως μέρει πρὸς τὸ πολεμεῖν ἀποτάξας, αὐτὸς τὰς ἰδίας σκηνὰς ἀντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως πήγνυσιν, ὡς ἂν πάντας ἐκ μετεώρου καλῶς ὁρᾶν ἔχοι καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐντός. ἡμεῖς δὲ ταῦθ' ἑωρακότες καὶ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὑπεραγωνίσασθαι προθυμούμενοι (καὶ γὰρ οὐδὲ ἦν ἄλλως εἰκὸς) μεθ' ὧν εἴχομεν ὅπλων ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐθέομεν ἕκαστος, ἄλλος ἄλλον παρελθεῖν τῷ τάχει φιλονεικοῦντες καὶ οἷον ἀνδριζόμενοι .... τῶν ἐκτός, ἀγνοοῦντες ὅπῃ τὰ τῆς σπουδῆς ἐκείνης χωρήσει. ὡς δ' ἀνέβημεν διημερεύειν ἐκεῖσε καὶ διανυκτερεύειν συνθέμενοι, καὶ διέκριναν ἡμᾶς οἱ κρατοῦντες τῆς πόλεως, Λατίνους καὶ Ῥωμαίους, καὶ τοὺς τὴν λῃστείαν μετερχομένους ἀναμὶξ στήσαντες (οὐ γὰρ πιστεύειν ἡμῖν καθαρῶς εἶχον), καὶ θάνατον τοῖς φρονήσουσι προδοσίαν ἠπείλησαν, τοὺς Τζεταρίους, ὡς ἡ κοινὴ φωνὴ τούτους ἐκάλει (λῃστῶν δ' ἦσαν οὗτοι σύνταγμα ἐκ διαφόρων τόπων συναθροισθέντες) φύλακας 333 εἰς τοῦτ' ἐπιστήσαντες.

η'. Ὡς οὖν τοῦ πολεμεῖν γεγενήμεθα πάντες καὶ κατὰ τῶν ἐπιόντων ἀνδρίζεσθαι, ἄλλο τι πάλιν παρὰ τὴν ἡμετέραν ἐφάνη πράξας ὑπόνοιαν ὁ Μουράτης. πάντες γὰρ ἡμεῖς ὑπενοοῦμεν, τοσοῦτον στρατὸν βαρὺν θεασάμενοι καὶ τοσαύτας τὰς ἑλεπόλεις, ἃς τὸ τῶν καμήλων πλῆθος καὶ τῶν ἁμαξῶν ἐπεκόμιζον καθ' ἑκάστην, ὡς οὐκ ἂν φθάσειε καὶ μανικῶς

9. . . . .] κατὰ ?

adversa ponit, ut omnes tanquam e loco sublimiore, et interiores partes urbis, circumspiceret. nos haec intuiti, pro salute nostra tutanda alacriores facti (neque enim fieri poterat aliter), armis utcunque suppetentibus ad murum accurrere, alius alium celeritate praetergredi, adversus externas copias ignaris quem tandem finem habitura essent tantae solicitudinis studia, animos addere. ut ascendimus, diu noctuque ibi nobis immorandum esse constituentes, qui urbi moderabantur, Graecos atque Latinos ita distinxerunt ut medium unum ex iis qui praedas convectant interponerent; Tzetarios vulgus vocat, et sunt praedonum agmen ex variis regionibus coalitum; et his custodiam demandarunt, plane nobis non fidentes; mortem etiam proditionem meditaturis minati sunt.

8. Omnibus ergo ad pugnandum adversus irruentes animo virili praesentique paratis, aliud praeter nostram exspectationem Murates exsequitur. nos enim omnes suspicabamur, tantam copiarum molem et machinarum, quas multitudo camelorum et curruum quotidie adve-

